

A. Albertini
EMBLEMATA
Hieropolitica
Versibus et Prosa
illus trabat
Ioannes Melitanus
a
Corylo.
Eiusdem
MVSAE
FERRANTES.
Coloniæ

Apud
Constantinum
Munich

ADM. R. ET EXIMIO VIRO,
D. ARNOLDO
MESHOVIO, SS. THEOL.
DoCTORI, COLLEGIATARVM
Ecclesiarum SS. Apostolorum, & D. Cæ-
ciliæ Scholaftico & Canonico, ad
S. Petrum Pastori, Serenissimi
Principis Neoburgici
Consiliario, &c.

Primū ubi amicitia patuit mihi ianua ve-
stra,
Istud nil verear dicere, latus eram.
Quod licet ingentes te cingant undique cura,
Horaque vix iusto totalabore vacet.
Nūc calamū stringas celebrati nominis Auctor:
E Cathedra Sacro nunc Cicerone tonans,
Innumerā animas diuino Nectare pascas,
Exemplo vita nec minus ipse docens.
Et sortem antestes meritis, curisque labores,
Altius extantem dignus adire locum.
Attamen exiguos non dedianteris amicos,
Nec renuas magnus Sacraminora coli.
Inculta hinc vacuis quondam qua lusimus horis
Carmina, sed timide, mittere, suadet amor.
Hac praeor admittas facilis, cultuque Latino
Donatum Bauari nobile Ciuis oīus.
Forsitan ille placere queat tam diuite cornu,
Quam squallet veteri nostra Thalia sinu.

PRÆFATIO

Si tibi tanti est, Beneuole Lector, ut
audire libeat qua occasione, metho-
do, & sine hoc quicquid est laboris in-
sumserimus, coactius dicam. Non
id mei causa feci, quasi affectem in thea-
tro stare versatili iuxta Albertinum,
Germanis magnum & celebre nomen,
aut sub illius vmbra famæ requiescere.
Typographus, cuius causa velim quæ
possum omnia, occasionem dedit. Cum
enim iampridem Cotem Ingeniorum
Albertini Germanice impressisset suis
impensis, voluit ex Icunculis, quas domi
otiosas habebat, versuram facere, & ex
ære si posset eliquare aurum. Hac de
causa rogatus, vt opus istud latine ver-
terem non quidem verbotenus, sed quâ-
tum sufficeret ad intelligendum Emble-
mata, feci id haud grauate; quod tanta
scribendi, quicquid vellem, libertas in-
dulgeretur. Ideoque nihil ab Alberti-
no mutuatus sum præter Emblemata:
sed vsus locis communibus, quos in e-
iusmo-

AD LECTOREM.

iustmodi cumentis iam ab antiquo para-
tos habeo. Versibus modò , quantum
potuit, mentem Albertini expressimus.
Finis qualisqualis opere fuit , studiosæ
Iuuentuti monita quædam præfigere
ad vitæ Ciuilis, & præcipue Christianæ
normam. Quæ simul quam facilis aut
nullius laboris, experiatur qui volet : sin-
gulisque Emblematis alios titulos, gno-
mas , versus , & prosam apponat, sed
priusquam hæc nostra legerit . Nattis
enim iam & nepotibus locus datur: cui-
uis de quovis iudicia permittuntur. Ut,
aut preferenda sit inuidia , aut si istud
magis placet, deserenda virtus. Quod
vt à se impetrant erectæ mentes num-
quam auguror futurum. Hæc inter, Le-
ctor beneuole, tales matura cruditio fa-
cit , vale. Et operæ vnius mensis male
collocatae si fauere non potes : saltem
odio & calumnijs amusorum ne trans-
scribe.

IN LAUDEM SILENTII.

Sit autem omnis homo velox ad audiendum : tardus autem ad loquendum.

Iacob. i. v. 19.



Quod g̃es prona loqui simus, nil discere promptum.

Difficile est verbis imposuisse modum.

Hinc, Attende tibi, dígito Diua oscula signans

Admonet, ut videoas quid tacuisse velis.

Prudentis viri est scire quid taceat, dubitare quid dicat. Hieron.

Stultus valde est , qui non prius verbum ducit ad linguam rationis , quam educat a lingua oris. August.

Ægypt

Egyptij Harpocratē, qui & Sigalion dicitur, silentij Deū ita effingebant, vt is digito ori admoto silentiū imperaret. Qualis apud Romanos Angerona, quā hic exhibem⁹, duabus voculis admonentem, quod digitus ori admotus alias indicare solebat. Antiquitas vtrumque in Deorum numerum retulit, quo homines silentij obseruantiores faceret, quod eō Dijs quasi essent facturi. Pythagoras, antiquissimus Philosophorum, quinquennale discipulis suis silentium indicebat {vt & proverbio silētum Pythagoricum dictum sit} quod percipiendis Disciplinis inidonei, qui necdum linguae frenum injcere didicissent. Certe à silentio oportuno inchoandum est illi qui recte loqui cupiat. At ita plerumque natura comparatum, vt qui dicere nesciant, silere non possint.

QVID GERMANIS ROSA IN TRI- clinijs depicta indicet.

*Est Rosa flos Veneris, cuius quo facta laterent,
Harpocrati matris dona dicauit Amor.
Inde Rosas mensis hospes suspendit amicis,
Coniuua ut sub eis dicta, tacenda sciat.*

Non perinde relucet in speculo corporis
Imago, quam in oratione mentis habitus ap-
paret. *Eras.*



*Virgilio haud dubitet magnus concedere Apelles,
Parrhasia potior quod stylus arte siet.
Illo namque animi speciosa relucet Imago;
Sub, nisi, pictura, corporis umbra latet.*

Ego proinde fateor me ex eorum nu-
mero esse conari, qui proficiendo scribunt, &
scribendo proficiunt. *August. Epist. 7.*

*Lectione, quasi quotidiano cibo, alitur &
pingue scit oratio.*

Pictores

9

Dictores mortuas dumtaxat corporis ad-
umbrant imagines; scriptores viuas genij
mentisque suæ, vt eos coram audire, cum ijs
colloqui videamur. Quid moliatur, quid ani-
mo voluant, perfectissime etiam absentes in-
telligimus. Ut ex atramentario videatur men-
tis eorum soboles enasci, veluti primi olim
homines (si Auerroi Arabi credimus) ex ole-
ribus prodierunt. Certe scribendi maxima
laus & dignitas, si quis melior Genius præsi-
dia comparandæ æternitatis indulgeat. Sed
vt inquit Cassius Parmensis , antiquissimus
scriptor,

*Delet mox quod laudauerat in se,
Qui cupit æterna donari frondis honore.*

Maior est scriptoris pietas officio Prædi-
cantis , quia illius cum tempore perit moni-
tio, istius perseverat in annos multos annun-
tiatio. Prædicator loquitur dumtaxat præsen-
tibus , Scriptor etiam prædicat futuris : illius
sermo semel auditus in nihilum redigitur ,
istius lectio millies repetita numquam mi-
nuitur : Cum Prædicatore cessat officium ;
Scriptor etiam mortuus in volumine moribus
facit institutum.

Trith. de laud. script. cap. 6.

10 IN VIROS, NON VERE VIROS.

Et creauit Deus hominem ad Imaginem & similitudinem suam , ad Imaginem Dei creauit illum, Masculum & Feminam. Gen. I. v. 27.



Decernat quacumque velit grex formosarum
Praside Regina, feminæ omnia sunt.
Niratio veluti, rerum, Rex, actibus adsit,
Regale haud potis es nomen habere Viri.

Nihil potest esse diuturnum, cui non subsistatio , licet felicitas aspirare videatur , tamen ad ultimum temeritati non sufficit.

Quint. Curtius.

Plures


Plures quidem quos legi ex Rabinis, illum
Geneseos locum sic interpretantur, ut illa
verba, Masculum & feminam creauit eos, in-
telligent de solo Adamo. Tú enim, vt ex con-
textu patet, necdum creata erat Eua : quasi in
quouis homine sit mas & femina. Id est intel-
lectus siue ratio, quæ actionibus humanis, vt
vir familiæ, præsit; & femina, id est sensualitas
siue inferior pars hominis, quæ ratu*m* i tan-
quam domino obaudire debeat. Cui autem
sensualitas siue concupiscentia quidpiam de-
cernit, quantumvis operosum, & ex iudicio
factum videatur, si tamen ratio assensum non
præbuerit, videri possunt omnia feminine, nul-
liusque momenti : quemadmodum consulta
Senatus feminine semper ~~explosa~~ fuerunt, vi-
risque cordatis tantummodo mouerunt ri-
sum.

Christus mulieri Samaritanæ loquens di-
cebat Ioannis 4. *Voca virum tuum*, id est Ad-
uoca intellectum siue mentem tuam, vt illa
quæ dico spiritualiter intelligas, loquor enim
de siti animæ non corporis, de vera fide quæ
est potus cælestis, nō de aqua fontana. Mulier
enim non sapiebat tum nisi quæ erant carnis.
Ergo constitue, inquit August. Animam ex-
cepto intellectu tanquam feminam : intelle-
ctum autem habere, tanquam virum.

Vide tomo 9. tract. 15. in Ioan.

IN

Separat hoc nos
 Agregemutorum, atque adeo venerabile soli
 Sortiti ingenium, diuinorumque capaces,
 Sensū à caelesti dimissum traximus arce. Iuuem,



Si Microcosmus homo, pars præstatiſſima mundi,
 Quid caput humanum, dicere quis valeat?
 Seu ſpectes physice, ſpectes vel in ordine morum,
 Quicquid ibi haud eſt Effabile, ut ipſe Deus.

Hominem ita fecit natura, vt videatur ex
 eo voluisse videri fecisse quod perfectiſſimū
 erat: vt tanto ſui maiore eſſet admiratio, quæ
 tam multis gradibus eum ſupra ceteras crea-
 turas extulerit. Cum

Ergone etiā Aristoteli, Augustino, Thōmæ, & eiusmodi ingeniorum portentis immixta pars stultiæ inquiūt nuperi à scho-la Sophorum studiosi. Ita est, boni Iuuenes, & illis, & quibuscunque à Deo factis ingenijs inest sua infirmitas, ignorantia, quin & stultitia, de Deo solo vere,

Solus hic est Sapiens; reliqui volitant velut umbra stultiæ & ignorantiae, cæcutiuntque ad magnum hoc Lumen. Quicum enim tam benigne à natura actum ut sapuerit omnibus horis, nullas post se ullibi reliquias stultiæ reliquerit? Id ipsum etiam isti magni haud diffidentur, signanter Augustinus Epist. 7. Vbi docet stultorum & moriorum esse, non sapiētum, afferere, se nihil vñquam dicere quorum eos pœnitere debeat. Si pœnitere, & reuocare necesse, quæ stultiæ non paruum indicium: Neque enim pœnitentia nisi stultitiam sequi potest. Ab hac excellentia, inquit S. Doctor, tam longe absūm, vt si nullum verbum quod reuocare vellem protulero, fatuo sim, quam sapienti similior. Illius quippe scripta summa sunt auctoritate dignissima qui nullum verbū non quod reuocare veller, sed quod reuocare deberet, emisit. Hoc quisquis nondū est assecutus, secundas habeat partes modestiæ, quia primas non potuit habere sapientiæ: quia nō valuit omnia non pœnitenda diligenter dixisse, pœniteat quæ cognouerit dicenda non fuisse.

Ingedere vxor Ieroboam: cur aliam te esse
simulas? 3. Reg. 14. v. 6.



Hac. Lector, varias spectas in imagine laruas,
Quarum. una quis sis dissimilare queas.
Miraris paucos proprius cur noueris? omnes
Intus laruati iam prope sunt animo.

Achilles apud Homerum.

Odi etenim, ceu claustra Erebi, quicunque lo-
quuntur
Ore aliud, tacitoque aliud sub pectore voluunt.

Parme-
. silius

PArmenio apud Q. Curtiū, magnus bello
Dux, cū Alexandri auspicijs hostem pro-
fligasset. Eaq; de causa legati aduenissent ad-
gratulatū illi victoriam; quamuis non ignora-
ret animos à gratulantiū vultu dissidere, bellū
tamen finire cupienti necesse erat decipi. Ecce
quomodo vultus læti & gratulabundi animos
liuidos occultarent. Ita nimisquam sēpē hodie
fit, prēcipue ab ijs qui se politicos dici gaudēt:
quoties enim domo egressuri, personam su-
munt aguntq; posituri vbi domi & apud se fue-
rint. Plurimum fallimur si in solis theatris ex-
ercent histriōniam aut mīnum credimus: iam
nullas assumi laruas nisi quæ spectātur in scen-
icis.

Exercet orbis totus histriōniam,

Plebes, Senator, Consul, atque Presbyter;

Larua animi est vultus, quem non minus cal-
lide quam animum profunda simulatio in-
uoluit. *Igitur fide, sed cui vide.*

Non est tamen quod vir cordatus discru-
ciētur, si apud cacopoliticos audiat: Vir non
aperto corde, vir qui norit dissimulare. Vo-
lunt enim illi superbi, & si dijs placet, arguti,
vt quisque vir bonus arcana sua, velut cælum
aquam pluuiam, diffundat in publicum, quo
magis noceant.

*Noli conciliari cum eo qui tibi insidiatur &
à celantibus te absconde consilium.*

Eccles. c. 37.

18 IN EOS QVI VIDERI VOLVNT
QVOD NON SVNT.

Fallit enim vitium specie virtutis & ymbra.
Iauen.



*Contemplata nouam solers vulpecula laruam:
Quam formosa, inquit, cassa sed es cerebro.
Plures inuenias forma certare paratos,
Sed quibus haud tota pectore mica salis.*

Merito de eiusmodi hominum genere di-
xeris, *Qui poterant loqui ex corde, cum ne-
micam quidem cordis habeant? Aut quomo-
do existimare eos possumus sapientes, quo-
rum nec actus, nec verba ingenium produnt?*

Si

19

Si vlli mortalium, maximopere aduigilandum est ijs, qui ex peruersa Machiauelli doctrina magis videri volunt probi, docti, amici; quam esse: quibus sufficit ad sustinendum magnum & honoratum nomen simulata species. Aduigilent dico, ne quandoque, quibus hac ratione impositum volebant, pelluceant, debeantque populo ludibrium. Fraus siquidem & dissimulatio diu latere, & in occulto esse non possunt.

Nam pueri nasum Rhinocerotis habent.

Irrepet alicunde vulpecula, aliquanto te cautor, quæ personam detrahat, & velut illarum cassiam populo spectandam exhibeat. Sapienter igitur, vt est apud Senecam,

*Simulata remoue verba, non facile est tibi
Decipere Vlyssem.*

IN

Si ergo delectamini sedibus, & sceptris, O
Reges populi, diligite sapientiam, ut in æter-
num regnetis. Sap. 6. v. 22.



*Si manu Ebur gestare iuuat, capitiq; Corona est
Imposita: officij sis memor usque tui.*

*Iustitia exornent istud Clementiaque; illam
Vertex, prateritum, qui que futura sciatur,*

*Ianum Regem hic vides, quem ideo Gen-
tiles bifrontem effinxerunt, quod annum
claudens rufus reseret. Nos sub illius in-
uolucro Noacum intelligimus, qui mundum
ante & post diluvium vidit.*

Absit

ABsit ut summos orbis Monarchas hic aliqui
cuius admonere velimus: non id tenui-
tatis nostrę. Attamen si descendit audi, habent
qui Eos doceant, Reges, Dauidem, Salomo-
nem, Ezechiam, aliosq; in litteris Sacris. Qui
tam regaliter id præstare prompti, quam ipsi
supra cæteros mortales eminent.

At quia magistratus in republica, paterfa-
milias in domo, Rex quidam est, imperium-
que exerceat. Et tantæ aliquando industriæ ar-
tisque, lembum in fluvio, atque triremem
gubernare in Oceano. Eos dumtaxat admo-
nitos volumus, ut præcipue prudentiam in a-
gendo sectentur: pietatem, per Ciconiam
designatam, colant: seueritatem, quæ Alber-
tino equus marinus, præstent. His enim vir-
tutibus resp publicæ priuatæque constant, ut
qui præsunt, prudenter præsint, misericor-
diam sectentur & veritatem.

Et vere si quis ex uxore liberos genuerit,
familiamq; alat, est quasi Rex quidam in do-
mo sua, & paruam quandam habet rem publi-
cam: leges statuit, iubet, vetat quod visum
fuerit, sua tuetur, alienas iniurias propulsat,
omnia gubernat: Et nullo negotio Oecono-
miam, Politiam, aliasq; præclarissimas artes
usu experientiaque discit, non sine sensu quo-
dam lætitiae, dum uxorem & liberos, ceterosq;
que de familia tamquam paruulos ciues à se
dependere cernit, illisque pro occasione præ-
mia decernit vel pœnas.

Summum

Iudicium sine misericordia illi qui non fecit misericordiam. Superexalter autem misericordia iudicium. *Iacob. 2. v. 13.*



*Gaudeat ut tuate Respublica iudice lecto,
Quod retinax veri iustitiaque vires:
Ne transcribe tamen rigida sic lumina virga,
Ut nihil humano more videre velis.*

Alij tam vehementer contra aliorum delicta zelantur ut videri possint esurire & sitire iustitiam , si esset apud eos de suis quoque peccatis idem iudicium.

Bernard. serm. 9. de Aduen.

No

Non istud nos latet, Iustitiam velatis oculis depingi solitam, quo Iudex nullius personā respiciat, ne quidem misereatur pauperis in iudicio: adhæc, lege Cinthia Iudices iussos esse sine manibus, ne munera accipiant. Attamen sic eos esse optamus, non ut omnia ex rigore legum, sed bono & æquo aliquando decernant: meminerintque se homines, & quod est aliorum nequaquam à se alienum: occurrere sæpe eiusmodi casus, quibus se potius patres reorum, quam iudices exhibeant, non nihil interdum tribuentes temporis, loci, finis, personæ circumstantijs. Melius tamen quam nos verbis, re ipsa doceat mitior ille naturæ genius, & in miseros afflitosque propensio, cui rationes deesse, etiam æquissimæ, non possint, ut aliquando iudices misereantur.

Quemcumq; miserum videris, hominem scias.

Si erramus paruam pœnitentiam imponendo, melius est de misericordia Deo rationem reddere; quam de austерitate. Vbi enim paterfamilias est largus, dispensator non debet esse auarus: Ut si Deus benignus, ut quid sacerdos austerus?

Chrysost. in cap. 23. Matth.

RARA

Vtinam saperent, & intelligerent, ac no-
uissima prouiderent. *Deut.32.v.29.*



*Tenaria, si forte triceps, ut ianitor aula,
Prodeat, omnis ait Regio : monstrū hominis!
Monstrū hominis, rarūq; magis sed dixero, si quis
Obseruet vita Tempora Trina sua.*

Tricipitem hunc hominem expostulan-
tem quasi cernis, quia, vt inquit Seneca, quod
maiores nostri questi sunt, hoc nos querimur,
hoc posteri nostri querentur : Euersos esse
mores, regnare nequitiam, in deterius res hu-
manas, & in omne nefas labi.

Quam-

Quamvis ipsum tempus per se sit sensui ignotum, nec nisi imaginatione constet, quod à nobis cognoscitur: quamvis, inquam, illud nihil sit, omnia tamen in eo sunt, & omnibus semper assistit. Hinc trina vitæ humanae spatia designantur, præteritum, præsens, & futurum.

Quæ sunt, quæ fuerint, & quæ ventura trahuntur.

Cumq; Moses in Canticō suo optaret, populo Hebræorum sanam mentem, & quæcumque posset optima, precabatur Deum, vt sapienterent, id est ex præteritis rerum euentis sapientissimi euaderent: præsentia sic intelligenterent, vt perfectam omnium ad vitam bene feliciterque instituendam cognitionem consequerentur: Denique sic futura prospicerent, vt aduersa evitarent, prosperaque conjectarentur: quæ consummata quædam prudentia. Sed quam pauci ad tam altum Sapientiæ, scientiæ, prudentiæque gradum peruererunt. Ut non nulli horum aliquod obtineant, paucissimos eorū hæc tria simul adeptos. Vnde optandum saltem trina vitæ nostræ spatia obseruemus, ad originem, decursum, finem,

nde superbit homo cuius conceptio culpa,

Nasci pœna, labor vita, necesse mori?

Ogitemus serio apud animum nostrū, quod in nihilo creati, concepti in peccato, nati ad miseriam & laborem, moxq; morituri, Deo sius reddituri rationem de omnibus. Ethic nō dominandus triceps.

Non accipies personam nec munera: quia
munera excæcant oculos Sapientum & mu-
tant verba iustorum. *Deut. 16. v. 17.*



*Non aqua virtus propendet lance proborum,
Publici & exactor criminis ensis hebet:
Si sibi inaurata patiatur sindone Minos
Lumina velari, munera si capiat.*

Rogatus Leodij quispiam, Cur corruptus
Iudex nullis innocentis rei lacrymis inflecte-
retur ad misericordiam? respondit, Eiusmo-
di, hominum genus non solere vultum con-
templari, sed manus.

NE dimittas legem matris tuæ, non in-
commodè retorquemus in viròs nimis
vxorios; quo meminerint quibus lege & con-
ditionibus matre seotum uxores fuerint: Nu-
quam parentem passum, vt mulier sibi domi-
naretur. De te verò, qui totus vxoris es, quid
dicemus? nisi profusæ & inexhaustæ esse libi-
dinis, muliebrium deficiaruim cloacam, fœdæ
voluptatis mancipium, cuius vnius auctora-
mento te feminæ ita possideant, vt non modò
non memineris te virum & caput esse, sed in-
fra pedes te abiicias? certe nullum eiusmodi
animi viruin rei præclarè gerendæ idoneum
dixero, nedum vt in alios imperiū exerceat,
nisi forte impotens & tyrannicum, quale li-
bidinantes solent. Vide sis igitur, qua lege ma-
ter tua uxores facias, quia viro morigera a-
lienum imperiū non inuasit: nec genitor tuus
ita viliter illi vñquam adulatus est, vt se cruri-
bus eius permingendum substerneret.

Possunt & hec ipsa verba irrisorie referri ad
dominatricem feminam, quasi Vir Censorius
illi dicat. Hoc age, insiste vestigijs matris tuæ,
illam Xantippen imitare, quæ maritum suum,
benignum & mitem, virum probum & hone-
stum, pessimiis modis habuit, & tantum non
mætore occidit, certe mille opprobrijs affecit
& iniurijs. Tu quoq; marito insulta, ut victo,
nec illam matris tuæ legem dimittas, vt gra-
tiam à fece muliercularum inreas, & torquem
quasi noua eques collo appensam geras.

*Quid mentem traxisse polo, quid profuit altum
Erexisse caput: pecudum si more
Omnes viuamus? Claudio.*



*Soli illusuris, cum nunc altissimus esset,
Irato Cynicus lumen ab igne tulit:
Quasi si inq, homines toto num qui urbe laterent?
Euertunt hominem crimina, forma fugit.*

Nusquam magis quam vbi modo degimus,
Latent boni, vt ad eos inuestigandos non unus
sufficiat Diogenes. Aut extra mundum inue-
stiges opinor, si quem incontaminatum & in-
nocentem inuenire velsi.

Quærebat Philosophus ipso meridie homines, populoſa licet ciuitate, vbi illi deſſe non poterant; quod honorato hominis nomine non videantur digni, qui aliter atque conditionem humanaam, rectamque rationem decet, viuunt. Iuxta Scholarum definitionem, homo ſiquidem eſt animal rationis particeps, ad uſum: qui ſi ſecundum id quod eſt non uiuat, poſſint illi iuſultare ipsæ bestiæ, & ſi queant, dicere: Ecce homo quaſi uetus ex nobis factus eſt. Ratione quidem præditus, ſed illa non uitetur, noſtroque more viuit, ut quocumque appetitus inclinet, totus feratur. Animam ſiquidem habere, inquit August. tract. 15. in John. & intellectum non habere, id eſt, non adhibere, nec ſecundum eum uiuere bestialis eſt vita. Eſt enim in nobis quiddam bestiale quo in carne viuimus, ſed intellectu regendum eſt. Motus enim animi, ſecundum carnem ſe mouentis, & in delicias carnales immoderate diffluere cupientis, regit deſuper intellectus.

Sunt tamen qui dicant Diogenem eò homines pleno quæſijſſe foro, quod per eminentiam virtutis & doctrinæ tales ſibi dari depoficeret, quorum uſu frueretur.

Surge qui dormis, & exurge à mortuis: &
illuminate Christus. Ephes. s.v.14.



Dilaniata comas implet querulatibus auras
Prafica, quod propere pulcher Adonis obit.
Et nemo queritur lacrymis, pars optima nostri
Corpore putrefcat quod tumulata suo?


Omnis peccator dum culpam suam intra con-
scientiam abscondit, introrsum latet, in sui
penetalib⁹ occultatur. Sed mortuus venit fo-
ras, cum peccator nequitias suas sponte confi-
tetur. Lazaro dicitur, veni foras: ac si apert⁹
cuilibet mortuo in culpa diceretur, Cur reatu-
num intra conscientiam abscondis? Gregor.

Quo

Quod sal carni, id corpori est anima, ut
quasi affricatum condiat, & fluxum in-
putrifactionem sistat. Neque enim corpus se
ipso mouetur aut viuit, sed vita animae inha-
bitantis. Tumque mortuum dicitur cum ab a-
nimae deseritur. Discedente, inquit Augusti-
nus, habitatore, iacet domus. Discedente qui
regebat, cadit quod regebatur. Et quoniam
cadit, cadaver vocatur. Haud secus ipsius a-
nimae vita est gratia: & tam diu est aliquid
homo, quam diu haeret illi a quo factus est
homo. **Q**uod si illa abcesserit, inficto quasi
lethali vulnere, anima occidit: corruptaque in-
culpam efficit, ut corpus quoque corrumptatur
in poenam. Et quae miseria humana! neque ta-
men istud plerisque nostrum dolet. Hoc plan-
go, inquit Hieronymus, quod te ipse non plan-
gis, quod te non sentis mortuum: quod quasi
gladiator paratus Libitinae, in proprium fu-
nus ornaris.

Cogebat, inquit, plorare Didonem mor-
tuam, quia se occidit ob amorem, cum interea
me ipsum in his a te morientem, Deus meus,
vita mea, siccis oculis ferrem miserrimus.
Quid enim miserior non miserante se
ipsum, & flente Didonis mortem, quae fiebat a-
mando Aeneam, non flente autem mortem sua
quae fiebat non amando te Deus, lumen cor-
dis mei. &c. *Augustinus i. Conf. 13.*

Vitulus & Leo & ouis simul morabuntur, &
puer parvulus minabit eos: & Leo quasi bos
comedet paleas. *Isa. II v.6.*



*Nullus unq. quanta est Regum, vis tanta leonis:
Sub quibus est populus mitior agniculo.
Illa tamen pastu vivunt concordia eadem,
Ex quo fecunda Virginenatus Homo.*

Cum autem venit plenitudo temporis, ut gra-
tia quę oceulatabatur in veteri testamento, iam
reuelaretur in nouo, misit Deus Filium suum
factum ex muliere. Et is omnes conclusit sub
lege gratiae, & necessitate mutuae dilectionis,
veluti lex vetus sub reatu præuaricationis.

Isthae

I Schæc gratia, & vis tanta legis Euangelicæ, ut qui olim Reges & Tyranni Christianorū populum deglubere, & eorum innatare sanguini pro delicijs ducebant: iam Christiani effecti, eodem cum populo & subditis suis reficiantur pabulo verbi Dei, eiusdemque mensæ Eucharisticae, quæ unitatis symbolum, redundantur participes: tantum abest ut barbaries illa & immanitas perduret. Neque istud consum magnitudini aut dignitati quidpiam detrahit, ut velinde maxime frant illustres, quod legi charitatis à Deo datae colla subijciant, illique substernantur, qui quidem officia in orbe distinxit, animas immortales mortaliū ex eodem fecit, non natura differentes, sed gratia.

Habent vnde etiam glorientur minimi de vulgo Christiani, quod eadem cum Regibus & Principibus mensa, verboque Dei reddant se dignos. Vnde Leo & Agnus ambulant in domo Dei cum consensu: Leo feritate, Agnus deposito metu.

*Iam Gryphes iunguntur equis, annoque sequenti:
Cum canibus timidi venient ad pocula dame.*

S. Cæcilia Valerianum Sponsum, quem quasi Leonem ferocem accepit, ad Christum quasi agnum mansuetissimum destinauit.

Bren. Rom.

*S&pius ventis agitatur ingens:
Pinus: &c celsa grauiore casu
Decidunt turres. Horatius.*



*Vertice qui summum visi contingere Olympum
Florentes opibus, coniuge, honore, gula.*

*Tempus edax rerum turres ut deicit altas;
Sic his mors propero messuit ense caput.*

*Sardanapal' Rex Assyrię à delicijs & purpurata;
vt sic dicā, vita innotuit, tamē idē ab ebrietate
lōga sobrius sepulchro incidi curauit symbo-
lum, quod ad modestiam *Altissimos* vocet. E-
rant digitī duo, qui collisi inter se crepitum
edebant, signantes omnia regna, omnia votiu-
a aut magna nec tanti esse.*

Mors

Mors omnibus instat æquo pulsans pede
pauperum tabernas Regumque turrem.
Nam à Deo statutum est hominibus semel
mori; ut quisquis nativitate cœpit, morte de-
sinat. Quod plerumque tanto accidit grauius,
quanto quis maioribus huius vitæ præsidij
delicijsque circumfluit: ut illa, quæ altiori
loco, grauiori impulsu, & ruina feruntur. Pro-
uidè monet Seneca in Troiade:

— *Quo fortuna altius
Euexit ac leuauit humanae opes,
Hoc se magis suppressimere felicem decet,
Variosque casus tremere, metuentem Deos
Nimium fauentes.*

Verum quid opus est excelsos illos istius ad-
monere, cum nos ipsi vili adulatio[n]e tales ple-
rumque faciamus, ut se immoderate effrant,
qui alias futuri erant submissi & modesti? Ne-
que enim, ut cum Seneca loquar, quisquam
istorum, quos diuitiæ & honores in alto fasti-
gio ponunt magnus est; sed ideo magnus vi-
detur, quia illum cum basi sua metimur, ne-
minem æstimamus eo quod est, sed adjicimus
illi ea quibus ornatus est. Vnde quispam eo-
rum respondeat cum Boëtio:

*Quid me felicem toties iactastis amici?
Qui cecidit, stabili non erat ille loco.*

IN

— Nullo fine beatus

Componet opes, gazis inhians,

Et congesto pauper in auro est. Seneca.



Quisquis seruit opes intactas seu Draco pernox,

Mendico nil plus paupere auarus habet.

A vacua veluti differt haud clausa crumena,

Plures vel nullas arca flagellat opes.

Socrati cum quis diceret, magnum esse, compotem eorum fieri quæ concupisceret: respondit, Sed multo maius est, ne eupete quidem quidquam omnino.

Modera-

Moderatus v̄fus diuitias commendabiles,
M̄ humānæ vitæ percommosas , v̄tiles &
honestas , quin & necessarias facit: sed nihil in-
de plus auarus habet, quam si serpens Ponticus
ijs incubans tantumdem lapidum seruet aut a-
renæ. Verus quidam extra fabulam Tantalus.
de quo Ouidius,

*Sic aret medijs taciti vulgator in vndis,
Pomaque, qua nullo tempore tangat, habet.*

Tam enim auaro deest quod habet, quam
quod non habet.

Hinc Horatius eos mentis accapitis v̄tio la-
borare putat , & in stultorum numero primos,
ut qui maxime Elleboro indigeant, isti capitis
v̄tio subleuando.

*Danda est Ellebōi multo pars maxima auaris:
Nescio an Antyciram ratio illis destinet omnem.*

Subscribit Iuuenalis,

— *Est manifesta phrenesis.*

Vt locuples moriaris, egenti vivere fato.

Pauperem siquidem atque egenum videri,
dum in viuis agas : at cum sis vita defunctus; o-
pes & diuitias rei familiaris deprehendi, id ve-
ro turpissimum in hominum societate existi-
mo.

IN

Nobis plerumque nihil, aut aliud agentibus
vita eripitur. *Seneca.*



*Ab ripitur ventis pelagoque ad littora lembus,
Vectore inuito, quem premit alta quies.
Haud secus ad metam cita mors nos ducit eandem
Quamvis illius nec meminisse velis.*

Namque & Iuuenalis,

— *Festinat decurrere velox:
Flos culus angusta, miser & que breuissima vita
Portio, dum bibimus, dum ferta, unguenta puella
Poscimus, obrepit non intellecta senectus.*

Vbi semel ex utero matris egressi in hanc oppletam calamitatibus decidimus terram, quæ veluti arca Noë, commune mortarium est receptaculum, non stat, sed transit eius figura, ut inquit Apostolus.

Ducunt volentes fata, nolentes trahunt.

Nec ullus ullibi mortalium eo quem semel occupauerit loco, vel tempore, immobilis permanet, quamuis raro aut numquam de motu cogitet, vel morte.

Orbis est in orbe rerum:

Sunt, eunt, & occidunt,

Maxime homines: quibus quotidianum nasci, valere, ægrotare, denasci.

Cæsar Borgia Alexandri sexti Papæ filius, cū defuncto patre, ob innumeras cædes, incæstus, rapinas, adulteria, Italia ejus, exularet in Hispanijs, occultusque alicubi vili latitaret in angulo, illum mox licet non exspectata inuenit, quam cum sibi ingruentem sentiret, dixisse fertur: se sibi quidem prospexit contra imicos fortunæ assultus, sed numquam incidisse quo mortem caueret. *Quique tota vita quasi dormierat, in scopulos mortis abreptus est: dumque medio se arbitraretur vitæ cursu, aut non longe à carceribus, iam metæ proximus stabat.* Nam ut Regum narrat historia, tanquam aquæ dilabimur in mare illud æternitatis, quæ numquam reuertuntur, aut ullibi stagnant, sed concito fluxu assidue feruntur.

Pulchrum ornatum turpes mores peius cano collinunt. *Plautus.*



*Vt placet illa sibi mundo, cantuque sonoro,
Et fidibus ! sed qua signa pudicitiae
Certa puella dos ? Turpi, sic ludimus astra
Externa specie, obnoxij adulterio.*

Sine moribus pietas, quidquid vultu, voce, colore præferas, vanæ est, imo nulla. Ut pomæ in Iudæa, non pomæ nascuntur, quæ in fumum abeunt & vaporem : talis verbosa illa pietas, sine vitali operū succo. Iure ergo mores ama, quisquis amas illam : & factis magis, quam specie; ferio, nec ad pompam. *Lipsius I. Pol. 6.*

Quod

Qvod si semel hæsit in puella ex hominum
 existimationibus nota aliqua , sempiter-
 fere perdurat : nec eluitur nisi maximis pu-
 citiæ & sapientiæ ostensis argumentis. Lo-
 eris pauca in publico, ruditus crederis : multa,
 nis: indocte, hebes: docte, malitiosa: non
 nile respondes, superba & male educata ; Re-
 spondes , non magno impulso casura : sedes
 composto vultu , dissimulatrix: gesticularis
 turâ, stulta: spectas, eo ferri animum: ridet
 quis ridet, et si alio intenta, arrisissime, actum
 se: audis virum , placere tibi quæ dicit, nec
 difficilis expugnatu. Quantis igitur efferenda
 ergo-mater encomijs , in quam ne leuis qui-
 em suspicio vnquam incidit eorum quæ ho-
 mes plerumque de puellis opinari solent ? A-
 eo defectus pura & integra fuit illa Virgo san-
 issima : Ea modestia & moderatione gestus &
 iuersi corporis, vt si qui lasciuiores oculos in
 am intenderent, veluti si ardens pruna in aquâ
 disset, turpe illud incendium extingueretur.
 antaque eius, vt Ambrosius ait, erat gratia, vt
 non solum in se virginitatem seruaret, sed etiâ
 quos inuiseret, integratatis insigne conferret.

— Prosperum ac felix scelus
 Virtus vocatur: sibi parent boni,
 Ius est in armis, opprimit leges timor. Seneca.



Quin conuexa petiscali, terramque relinquis,
 Astraea? obsequio non satis aqua tuo est.
 Protrita leges: aquum versatur in armis,
 Vietaque pugnaci iura subense iacent.

Togatis alijsque violentia illa est in lingua, ca-
 lamo, amicis, societatib⁹, cōmercio, sanguine.
 Nec min⁹, quam armati, veritatem detinent in
 in iustitia captiuam & gementē, vt vel omnino
 intereat squallore & situ longi temporis; aut ita
 imminuta & accisa tandem nanciscatur liber-
 tate, vt præstiterit oppressis lité cito perdidisse.

Eiuscemodi iniquissimæ praxis exemplum
 recensetur apud Augustinum tomo X. de
 verb. domini Ser. XX. qui est in appendice IIII.
 Si iuxta diuitē auarum aliquis vicinus sit pau-
 per, agit v.g. secretius apud eos qui possunt, vt
 illum exactores aut affligant, aut in aliqua pub-
 lica administratione constringant : ex quibus
 contractis debitis multis necesse habeat infelix
 vendere casellam ; vnde aut ipse, aut filij sui
 sustentabantur. Necessitate ergo compulsus
 venit ad illum, per cuius nequitiam premitur &
 afflititur : & nesciens quod ipsius immisione
 hoc patitur, dicit ad eum: Da mihi, domine, ro-
 go te, paucos solidos, patior necessitatem, vr-
 geor à creditore. Et ille, non habeo modo in
 manibus. Ideo se dicit in manibus non habere,
 vt ille oppreslus calumnia, necesse habeat ven-
 dere. Denique cum ei dixerit, quod proximia
 afflictione sua. compellatur distrahere, statim
 ille respondet: Etsi non habeam pecuniam pro-
 priam, vnde cunque studebo mutuare vt tibi a-
 mico meo subueniam: & si ita necesse est, etiam
 argentum meū distraho, ne tu iniuriam patias-
 sis. Quando beneficium petebat, professus est
 se penitus non habere: at ubi dixit, quod pos-
 sessionem suam venderet, quasi amico se sub-
 uenire dixit: & cum eum ad hanc necessitatem
 adduxerit, dicit illi, vt venditionem facere de-
 beat, & pro casella, pro qua prius, v.g. forte cen-
 tum solidos offerebat, vt eum optimi viderit,
 nec medietatem pretij dare acquiescit.

Equi amatores, & emissarij facti sunt: vnuſ quisque ad vxorem proximi ſui hinnie bat.

Ierem. 5, v. 8.



*Induit en Circe in vultus & terga ferarum
Potu homines: tanta est vis medicata meri.
Diffugite, o socij, lactet ne blanda voluptas
Vos nimis incautos: efficit illa feras.*

Cicero in Catone maiore negat viliam virtuticapiſtaliorem peftem eſſe quam voluptatem. Ut illam nemo ſectari poſſit, quin omni virtutum ſtudio valefaciat.

Fruſta

Ruſtra ſim ſi eruditio lectori illam de ſocijs Vlyſſis fabulam plurābus explicem. De tanquam voluptatum & illecebrarum contore, Horatius :

*Sirenum voces, & Cyrces pocula noſti,
Quaſi cum ſocijs ſtultus cupidusq; bibiſſet,
Sub domina meretrice fuifſet turpis & excors,
Vixiſſet canis immundus, vel amicaluto ſus.*

Ienum Bacchi educatorem ac pædagogum
no vehi Poëtae ſimiliter commenti ſunt. Se-
ca in Oedo. ad Bacchum :

*Te ſenior turpi ſequitur Silenus aſello,
Turpia pampinijs redimitus tempora fertis.*

Quo significabatur, in turpiffimum veluti
inſinigrari animal per potādi voluptatem.
Emadmodum & Sacrae litteræ indicant, If-
elitas tam profusa fuifſe libidine, adeoque
niſi indulſiſſe voluptatibus, vt in equos, fa-
fiſſimum animalis genus, verſi viderentur,
nitumq; conſpectis alienis vxoribus ede-
it, ex recordatione præcedentis admissionis.
Iſtud quoq; in omni carnis voluptate pefſi-
habet quod eos quos ſemel in eſcauerit,
inquā miſſos faciat, vti ſocij Vlyſſis, inſula,
Lothon guſtauerant, auelli non potuerūt.
*ug. lib. 8. Conf. 5. de ſeipſo prolapſo in cœnū
voluptatis & vitiorū, Ex volūtate, inquit praua-
ta eſt libido: & dum ſeruitur libidini facta
conſuetudo: & dum conſuetudini non reſi-
tur, facta eſt neceſſitas. Quibus quaſi anſulis
ibusdam ſibimet innexis (vnde Catenā ap-
plauſi) tenebat me obſtrictum dira ſeruitus.*

Prælatura est ipsis Angelicis humeris onus
formidabile. *Greg.*



*Pascere si iubeat, tradatque Ecclesia clauem,
Hanc humeris gesta. sitque tibi agnus onus.
Nec facile esse putas, prudentiani adsit,
Quamuis sacrorum nomine Regem obeas.*

Deus Leuit. 10. admonenij officij sui Pon-
tificem, iussit vt in pectorali Pontificalis gesta-
ret doctrinam & veritatem, siue vt habetur illi
Hebræo, illuminationem & integritatem, bi-
na scilicet vitæ sacerdotalis decora.

Quam

QVAM deplorate & misere agatur ijs in
 Diœcesibus quoad disciplinam & pro-
 fectum religionis, vbi sœpe pueri, vel viri mi-
 litares opimis donantur sacerdotijs, qui claves
 principatumque sibi datum adeo non toto
 adnisu corporis animique ferunt; vt pedo &
 mitris veluti crepundijs ludant, nimisquam
 notum est, sanguineisque deplorandum lacry-
 mis. Prudentiæque oculum non in manu ge-
 stant, sed calcaribus. Absit vt quempiam Præ-
 latorum in particuliari perstringamus: hoc
 scemate dumtaxat Albertinus allusit ad verum
 animarum Pastorem Christum, de quo Isaias
 9. *Factus est principatus super humeros eius.*
 Quocunque enim corporis membro, etiam
 robustissimo, quibuscunque etiam heroicis a-
 nimi virtutibus illum tuleris, sub onere adhuc
 subsides, & sudore perplueris. Adeo nemini
 leue videri debet animarum regimen, ad
 quod fortassis nihil eo dignum attuleris, nisi
 sanguinis prærogatiuam, aut fauorem ab aula,
 dignis sœpe promeritum obsequijs.

Quod ratio requijt, sape sanauit mora. Seneca.



*Nuda pudore, & tarda ad opus sapissime, clatrū
Effractis veluti, caca iuuentaruit.*

*Hanc Tēpus sequitur miserans, & sindone carpi
Stamina; quo praeue facta videre queat.*

Sicut filius horret etiam patrem videre nudum, & quiuis honestus alterius nuditatem auersatur: ita Deus nos bonis operibus nudos videre non sustinet.

Macarius Senior Agyptius, hom. 20.

In hoc

N hoc Iuuētutis vitium pluribus non inue-
hor; id alias s̄æpe factum ab alijs. Istud dum-
xat miserentis animo nimis rigidos morum,
d sc̄ueram Catonis normam, exactores mo-
rēmus cum Hieronymo, vt si non ingenio, a-
quid tempori indulgeant: vt enim illo, & pla-
ida quiete quidam morbi, omni asperiori
medicina exacerbandi, etiam feruidi adole-
centum animi curantur: dum post paulò ipsi-
spitudinem suam agnoscentes quasi illumina-
ntur, percipiuntque quid ex ratione eos ca-
ere & facere deceat. Vnde totidem fere ver-
is cum Iuuenali rursus obtestor:

*indulge, fortasse breue est quod turpiter audent:
Quedam cum prima resecantur crima barba.*

Seneca.

*Iuuenilis ardor impetu primo furit,
anguescit idem facile.*

Istud minimum in senibus, pāce bonorum
hero, fero: cuncti illi interpretandum facino-
Iuuētutis suā iactent; quod ne mediocria-
uidem facta male tolerent in Iunioribus,
& licet honestisque eorum exercitamen-
smorosè obgagniant.

Initium sine prudentia, & finis cum pœnitentia. *August. Epist. 82.*



*Necitus & præceps in opus quodcunque ferari
Pœnitentia que breuis damna tulisse mora:
Sis vide ut agēda tuā comitetur lumina dextrā
Dimidium prami, qui bene vidit, habet.*

Quicunque facturus est aliquid, aduer-
tat, præcognoscat, consideret quare id agat,
quoue fine. Nam in cunctis scopus & intentio
nostra præmittenda est, & ad eam omnes a-
ctus dirigendi. *Doroth. doct. 16.*

Longo

Longo quidem vſu loquendi attritus hic
versus in Scholis,

Quicquid agis, prudenter agas, & respice finem.

At non satis, meo quidem iudicio, cauetur,
aut satis Iuuentus percipit, ecquid sit operis,
quod aggrediuntur, exitum siue finem respi-
cere. Nonnulli siquidem non tam ex iudicio
aut delectu, quam feroore ætatis & impetu
quodam, præcipitant se in certum quoddam
vitæ genus, vnde postea emergendi nulla sit fa-
ultas. Id ipsum ante nos obseruauit Cicero
lib. de officijs, quod tum plerumque homines
de re omnium difficultima deliberant & sta-
munt, id est, de statu vitæ diligendo cum ipsis
iudicium adhuc infirmum, experientia exigua,
vel prorsus nulla. Huic sæpe accedit paren-
tum & pædagogorum culpa, qui liberos eman-
cipatos, suique iuris esse volunt, quò tanto ci-
tius illorum alimentatione curaque se libe-
rent: necquam beneficar respiciunt, dummo-
do cito. Hinc illæ in Ecclesia & Republica la-
crymæ, quod semel arreptam spartam non ea,
qua par est, constantia aut prudenter plures
administrent: quia plurima in quocunque vi-
ta genere eueniunt eiusmodi, quæ non ante
perspexerant: præuidisse oportebat.

— Quisquis in primo obstitit,
Repulitque amorem; tutus ac victor fuit:
Qui blandiendo dulce nutriuit malum;
Sero recusat ferre quod subiit iugum. Seneca.



Siluarū pavor, ungue valens, & viribus audaci
Dicitur astrictus stramine colla Leo.

Sic ligat Heroum fortissima pectora inermis
Arcus exiguo fune Cupido sui.

Rationem assignat Seneca.

Quisquis secundis rebus exultat nimis,
Fluitque luxu, semper insolita appetens,
Hunc illa, magna dira fortuna comes,
Tubit Libido.

Melior,

Melior, inquit Sapiens, patiens viro fortis
qui dominatur animo suo expugnato-
vrbium. Melior & præstantior est viribus,
qui pati & perferre tentationes potest sine læ-
sione sui; gaudetque à magis propriam libidi-
nem, quam alienām expugnare pudicitiam:

*Quam qui marte potens, & robore victor aperto
ira dat immensis terrarum tractibus raci
ambitione furens, fœdaue libidine tactus.*

Quamuis enim hic manu fortis, consilio
studens, fortuna felix, hostiles fundat exerci-
tus, vrbeſque expugnet: attamen quia prauis
impi affectibus subiacet, ab inermi & imbe-
lio Cupidine vincitus ducitur, non catena, sed
eo quodam falſae imaginationis, vt quamuis
poffit, ſe tam dira captiuitate expedire nolit. Et
nirum quomodo fortissimi heroës huic ama-
torio affectui succubuerint. Dauid, Alexander,
Henricus IV. Galliarum Rex, quanti foris bel-
latores! quam deuota domi teneri Cupidinis
mancipia! Ut iſtud adulterij Martis cum Ve-
nere figmentum Poëtarum non sit de nihilo.
Idrouandus, lib. i. Ornit. obſeruat, Aquilam
fūacissimam, pugnacissimamque auem, ean-
que omnium volucrum eſſe falacissimam,
ut quæ ter decies vna die coeat. Vnde eām Æ-
gyptij Venerem vocarunt, congressumque illū
Martis cum Venere, durabus Aquilis ex aduerso-
reditibus delineabant.

Vinum & mulieres apostatare faciunt Sapientes. *Ecclis. 19. v. 2.*




*Si te Sirenes, blandissima monstra, puelle
Detineant lacrymis, alloquio, artelyra:
Mortibus infamem multorum ast aspiceripam;
Hac sunt naufragij certa periclatui.*

Oliuæ tantæ sunt castitatis ut perpetuum cum meretricibus foueant dissidium: &, si à meretricibus plantentur, vel in fructuosæ perpetuo manent, velexarescunt. Quidni igitur Palladi sit sacra illa arbor? quia Sapientiæ cum corpore subdito peccatis non conuenit.

Quomo-

Quomodo sphynxes illæ Megaricæ, infelices libitinæ victimæ, triobuli scorta, infames prosedæ cantillent, & incautam lumentutem in præsentissinam corporis animique perniciem pelliceant graphice depingit Hebræus Sapiens, Proverb. 7. v. 10. Et occurrit illi mulier ornatu meretricio, preparata ad decipiendas animas, garrula & vaga, quietus impatiens, nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidians. Apprehensumque deosculatur Iuuenem, & procaci vultu blanditur diuina, Victimæ pro salute deuoui, hodie reddidi vota mea. Idcirco egressa sum in occursum tuū, desiderans te videre, & reperi. Veni inebriemur uberibus & fruamur cupitis amplexibus donec illucescat dies. Non est enim vir in domo sua, ab ijt via longissima. Irritiuit eum multis sermonibus, & blanditijs labiorum protraxit illum. Statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimam, & quasi agnus lasciuiens, & ignorans quod ad vincula stultus trahatur: donec transfigat sagitta iecur eius, & nescit quod de periculo anima illius agitur, via inferi domus eius, penetrantes interiora mortis. Potueruntne Poëtæ melius Sirenes suas depingere, quas dulce malum pelago, certissimumque nauigantibus exitium apellarunt?

Raro felix, idemque Senex. Senecar.



*Agricola est oneris sine sanguine inutilis arbor,
Non inter virides promeruisse locum.
Cui cana est capiti silua, aula proripiata se,
Principis haud gaudet sape fauore senex.*

*Quamuis multa multos experientia in aula
doceat, nihil tamen discitur eo infelius:
quam sero sapere, atque pœnitere.*

Raro,

Raro, ut diximus, gratia Principum ad canos perseverat: eorum enim voluntates, inquit Sallustius, ut vehementes, sic mobiles, saepe sibi ipsae aduersae. Quot hinc media etate acerbiore casu ablatos legimus? quisquis sapient subducet se tempori, dum res integræ, & fortuna extra periculum. Ex arescens arbor cōstruendo igni deputatur: senex aulicus placare quorundam inuidiæ, aut excitando nouis iuniorum.

Quam vero minime ferendum, quod non nulli veri polymechani, ut Homerus vocat, assiduo querulatu bonorum obtundant aures, quasi aulæ saturi, rerum aetui eximi velint, functionesque suas deserere, cum nihil minus facere quam istud in animo habeant, nec aliud sit, quam quod Graeci accisionem vocant: quemadmodum ambitiosi primos in mensa affestant accubitus, tergiuersando. Interim audet quispiam cordatior ijs respondere: Si ita, ut dicitis, animo affecti estis: quomodo quotidie pedatim discedentes inde vidernus, quo singultim festinatis? neque pari animositate tepe datis? si non ex animi & vestris, & aulæ sententia seruitis, quomodo indies ampliora munera vobis vestrisque impetratis? scilicet hic Regibus labor est, aut ea voluntariorum officialium premuntur inopia, ut inuitos vos promissis ingentibus precibusque retinere debant. Credat hoc Iudeus Apella, non ego.

Ne dimittas eam, & custodiet te; dilige eam, & conseruabit te. Proverb. 4. v. 6.



*Torcular specula manque supremus Vinit or addit;
Prospera & aduersa: ut vinea cūctus homo est.
Hac lege aeterna sepiis circumdatur instar,
Crimina deuastent ne, fera pessima, eam.*

Anima corpus circumfert, sicut corpus vestimenta ijsque vestitur. Et veluti homo si perverpres transeat, vestimenta constringit ne vepribus adhæreant. Ita & anima corporis curam habere debet, ne lasciuia vel disciplinæ remissione diffluat, aut aliqua peccati spina laceatur. Macar. hom. 4. Idem

¶ Dem hom. 42. Magna, inquit, ingenia sunt
 instar magnarum vrbium, sed mœnia non
 habent: mœnia & munitiones animæ est gra-
 tia Dei, quam calide, & assiduis precibus ro-
 gandus est Deus ab ingenua Iuuentute, vt flo-
 rida sepe verecundiæ muniantur. Istud enim
 studiosos rogatos monitosque volumus, ne
 sibi vnquam pudicitiæ florem patiantur eripi.
 Fateor quidem grauissimos primæ contupis-
 centiæ motus, acriusque Iuuentutem tentari
 propter inexperienceiam, & famem, vt Hiero-
 nymus ait, quam patiuntur virgines, dum fal-
 sa imaginatione sibi persuadent plus in Venere
 esse voluptatis & oblectamenti, nec illadēm
 malorum præcogitant quæ turpitudinem hu-
 ius vitij excipiunt. Ne fallamini, ô boni Iu-
 uenes, experientia tentationes non minuit, sed
 adauget: maiusque illius incentium primis
 temptationibus. Difficilius lapsis resurgere, si-
 bique deinceps temperare, quam casum præ-
 cauisse. Videlēte sultis, ne sepem verecundiæ
 patiamini vnquam procūlcari, vnicum ætatis
 vestræ ornamentum, ne brutum agmen reli-
 quorum vitiorum in vineam animæ vestræ ir-
 lumpat, & depascatur.

Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi
nix dealbabuntur: & si fuerint rubra quasi ver-
miculus, velut lana alba, erunt.. Isa. I. v. 18.



Hinc oleum ac operam, ludū nam ludiš ianem:

Hic nulla fiet candidus arte Melan.

Istud sed lacryma, coruo sis nigrior ipso,

Constitui ex imo pectoris efficiunt.

Credenda est præcipue peccatorum remissio,
quia hoc unum remedium est, quod hominum
genus à sententiā perpetuę mortis absoluit. Ideo
immaculatus occisus est agnus, vt eius crux
humani generis macula tergeretur. Quando
autem tergitur nisi quando fletur? lacrymas si-
quidē Petri lego, satisfactionē non lego. Aug.

Hic quærat alius cum Ieremia cap. 13. An non Æthiops possit mutare pellem suā, aut Pardus varietates suas ? respondemus ad mentem Prophetæ non magis posse, quam ut peccator bene faciat , cum assueuerit facere male , peccatisque peccata cumulare. Idipsum tamen posse Deum , atque etiam de facto ex pura puta sua misericordia infundere peccato-ribus gratiam , vt Saulo , Petro , Magdalena , qua conterantur; atque in lacrymas dissoluantur : quo viuifico liquore omnes prioris vitæ fôrdes abstergant ; ita ut eis candor carnis puerilis in anima redeat , veluti Naamo Syro in corpore. Lacrymæ siquidem pœnitentium, inquit Bernardus , pro baptismate apud Deum reputantur. Et si tempore Elifæi lignum quod natura leue , missum in aquam extulit ferrum , natura graue : quanto magis dominus mittet hunc Spiritum suum leuem, subtilem, bonum & cælestem , quo animam profundis aquis nequitiae demersam extollat, eleuet, ac euolare faciat ad alta cælorum ; & transmutabit & conuertet eam à sua natura ? ita argumentatur,

Macarius senior Ægyptius, hom. 44.

Amicus fidelis, protectio fortis: qui autem inuenit illum, inuenit thesaurum. Ecclis.9.v.14.



*Ætate hac, tritoque habitu signatur, amico
Qui veteri fidus semper amicus erit.
Catera sex verbis te muta docebit Imago:
Ecqua sint vera symbola amicitia.*

Inscriptum Albo Nob. D. Ioannis van den
Hecke, Patricij Bruxell.

*Nunquam verus amor fuerat, qui desijt unquā
Perpetuus veri, finis, amoris, amor.*

Mores

Mores amici noueris non oderis.

A Micitiae maiorem vim & connexionem esse quam sanguinis probat Val. Max. primo quidem, quia consanguinitatem nasci sors facit, amicitiam vero viiuscuiusque solidi iudicio incoacta voluntas contrahit. Deinde quia inter consanguineos dissentio esse potest ratione iustitiae, inter amicos non potest sine nota leuitatis. Cum enim deserta sit futura vita hominis nullius amicitiae cincta praesidio, tam necessarium subsidium temere assumi non debet: semel autem rite apprehensum sperni non conuenit.

At quae verae amicitiae indicia? Ecclesiasticus cap. 6. illa exhibet: nos emblema dumtaxat illustrabimus. Primo ut nullo veterescat casu aut tempore, sed perpetuo recens floridaque perduret: à lanugine scilicet ad canos: constans in aduersis quae voce hiemis exprimuntur; læta æstate prosperitatis: ut quemcunque habuerint negotia amici exitum, eundem tuis esse statuas. Ne illi obseratae arcæ, ne clausa mens; ne corpus ad laborem tardum elangueat, etiam si ille procul abfuerit. Porro, veluti amico in vita fructus es; ita mortuo benefacias cum possis omittere. Postremo ut sint sibi mutuo solatio, ut alter in alterius sinum quidquid voluerit effundat, nec discingatur: ut liceat irasci interdum, & iocari, nec necesse sit eluctantes animi impetus coercere.

Vult & non vult piger: anima autem operantium impinguabitur. Proverbi. 13. v. 4.



*Virtus & vitium rixantum scheme ludunt,
Dormit ubi emensus Clauiger orbis iter.
Ad sc̄sc placido dum faceris otia somno,
Musa vocat, retinet pigritiesque toro.*

Virtus & vitium.

*Sic um labore quidpiam recte geris.
Labor recedit, facta rite permanent.
Quod si iocose nequiter quid egeris,
Abit voluptas. turpe factum permanet.*

Io Peierius.

Ingo-

■ Ngenuum adolescentem, quod in multam dormiſſet diem rogabat quispiam de famiſia. Ecquid tamdiu indeſidię nido atq; otijs tabulo manere ſuſtinuiſſet, patientiamque tenere? Respondit dicis cauſa, id quidem ſe non facere ſolitum: at hac vice vigilias inter ſomnumque audiuiſſe rixantes duas feminas, ac cerriimeque contendentes. Alteram ſuafiffe, ut ſtrato ſe proriperet, Muſisque operaretur: alteram cauſatam frigus & laborem, rogaſſe ut ſibi parceret, cutemque curaret molliter. Et dum utriusque orationes bene longas, rationesque in utramque partem, Amice, audio, ecce ut hora ruit.

Atque utinam! non plures adolescentes quotidie pro eiusmodi tribunali ſedeant, qui optimum vitæ tempus per torporem & ſocordiam ſibi effuiſiunt. Quibus ex merito quispian occinat illud Ouidij:

*Stulte, quid est ſomnus gelide niſi mortis imago?
Longa quiescendi tempora fata dabunt.*

Dum ætas, parentes, valetudo, tempus ſi-
nunt, ſedulo tibi compara præſidia doctrinæ:
operi manum admove. Niſi quam caro con-
ſtitit iudicium Paridi, totique Troianæ Rei-
publicæ, qui feminas de forma decertantes
diutius quam par erat audire ſuſtinuit.

— Neque est quisquam
 Quem non in aliquare videre Suffenum
 Fossis. Catullus.



Nato, quem tenere constringit simia mater,
 Tam turpi quidquam turpius esse potest?
 Heu! sic nostra placent, auersa Pallade, nobis,
 Quaq; trium Charitum nulla probare queat.
 Sancti viri vt humilitatis in se virtutem cu-
 stodian, cum quedam mirabiliter sciunt, istud
 ante mentis oculos student reuocare quod ne-
 sciunt. Greg. hom. 7. in Euang.

Quantum est quod nescimus! Heinsius.

Huic

HVic vitio vel maxime obnoxij sumus qui publice scribimus. Si vituperamur : perturbamur, querulamur, aut tacite ingemiscimus quasi graui affecti iniuria citra culpam. Sin falso laudamur : animos sumimus tamquam re praecclare gesta ; cum tamen saepe saepius non excludamus nisi partu Simicum , quauis haud exiguo labore, vigilijsque constiterit. Adeo aliquam multi aliquid Suffeni habemus , prout propria admirari, aliena carpere , quod , vt vetus habet paroemia , suus cuique crepitus bene oleat. Cum interim , vt res humanae sunt ex di- menso , quae nobis placent , eruditis displiceat , quibus largior domi suppetit doctrinæ supellex. Et hinc tot libri , veluti liberi , suos ante parentes occidunt , æternaque obliuione tumulantur. **Q**uia pleraque eorum , quæ velut in tumultu vel naufragio scribimus , breui contemtus interlinuit. Idq; culpa & vitio nostro , qui gratiam aucupamur à quolibet tamquam luculentum studiorum præmium , nec à posteris memoriā perpetuam claramque studemus emerī : malumusque in præsentiarum placere Mercurio nundinatori , quam Saturno perpe- tuatori. **Q**uam verò elleboro digni , qui cum ingentia volumina nō tam considerint , quam exscripserint , se promeritos nomen classici Auctoris arbitrantur : præstantiamque operis ex mole æstiment.

72 IN EOS QVI FORIS EMISSITIIS SYNT
OCVLIS, DOMI CÆCI.

— Suus cuique attributus est error:
Sed non videmus manica quod in tergo est.
Catullus.



Omnia cum videat præ se, quod tergore gestat
Haud potis infame est, cernere Mopsus onus.
Quidquid delinquunt alij Cœsores carpim⁹. ipsi in
Nos faciles, veluti criminè vita vacet.
Nulli magis deridiculi videntur, quam qui in
aliena vitia semper inquirunt, iocantur & car-
punt: propriā quibus abundant ne vident qui-
dem per somnium, nedum emendant: mon-
stra nullis à vicio redemta virtutibus. Vi-

Ecquænam Regis Ægyptij, alias statici hominis, insanias; ut, cum aquis iam immersus, & tantum non sepultus cum toto exercitu, diceret: fugiamus Israëlem, dominus enim pugnat pro eis contra nos? numquid istud dictum oportuit in Ægypto, cum adhuc plagis, ijsque grauissimis exerceretur? Tunc tempus erat fugiendi Israëlem, & qui pro eis pugnabat, Dei iram. Maxime sera temporis in fundo est parsimonia.

Similiter quoad vitam ciuilem; nihil apud veros politicos æque in confessu, atque meditata non differendo res præclaras geri. Et nonne Alexander hac ratione rem nomenque Magni adeptus, quod, ut Curtius scribit, nihil eorum quæ semel animo conceperat, distulerit opere adimplere? prouide ut cætera monet Seneca: Occasione,

— dum licet utere:

*Tempus nam tacitum subruit, hora que
Semper praterita deterior subit.*

In duabus contristatum est cor meum. Vir bellator deficiens per inopiam: & vir sensatus contemtus. *Ecclis. 26. v. 25.*



*Quid vobis cū Asino, petulās atq; improbaturba?
Innocuus, patiens, ille labore bonus.
Moribus antiquis videant si forte virum quem
Scurræ irrisores, ludificare solent.*

Cum quispiam, homo triobuli, ingenuum adolescentem per contumeliam vocaret Asinū. Respondit is sine stomacho: Papè, quin tu proprio me compellas nomine: vt qui onus magistrī, id est, doctrinam solus sustineam.

Quod

Nihil, inquit Erasmus, suauius quam cum serio aguntur nugae. Hac suavitate plerique nostrum pellesti etiam serio ludimus, cū res magnas tractare videri volumus, eoque omnem operam & industriā conferimus. **Quid enim humana cuncta.** vt cum Lipsio loquar, nisi sumus. **umbra, vanitas, & scena imago, verbo ut absoluam, nihil?** nihil minus nugis. Interim ad seria bona, id est, cælestia & æterna ne leviter quidem nos reflectimus, quibus solis non theatralis reposita merces, sed solida, numeris omnibus absoluta, ipso summo agonotheta Deo. Contra in certamine vitiorum, prò Superi! quantæ æmulationes. **Vt is viro probo sit** prior, qui victus arena excesserit.

Monemur hoc iaculatorum quoque scheme, ne imperiti iaculandi certam pecuniam deponamus, incerta spe obtinendi præmijs: id est, ne in circō ambitus rem presentem spei indubiae postponamus. Alciatus Epistola ad Iolum, cum eum ob repulsam ab Episcopatu Nouocomensi consolaretur, scribit: **Quia in rem mihi gratulor, quod à Paulo III. me decipi non sum passus,** cum me vt scis magnis præpositis præmijs Ticino, Ferraria, atque Bononia in urbem accerseret. **Tum enim ex Iure meo, magis cautus fui,** quam tu ex sapientiæ præceptis prudens Philosophus. **Cure enim pro inani aut** incerta spe purpuræ, hos tatos primi suggestus honores relinquem? opimis præsertim firmatos stipendijs.

Nolite confidere in principibus: in filijs hominum in quibus non est salus.. *Psal. 145. v. 2.*



Cur tibi tanta tui, miser ô! fiducia Regis?

Nitaris, nescis, quam fragilicalamo?

Vt venti ponunt, mutat sicut aula fauorem:

Decepto haud modicus, spes tibi fracta, doloro-

*Qui vitare studet quidquid offendit, is è vi-
ta migret oportet. Quisquis cauere volet:
quod fallit, is ex aula excedat necesse.*

Quid aulæ fauor nisi confractus calamus,
 & cui inniti stultum sit? testor Seianos,
 Stilicones, Belisarios, Ablauios, Eutropios, &
 nuperos Ancraeos, Calderones, Buchinamios.
*Vita hominum scena est lususq; ; aut ludere disce
 Sepositis curis, aut miseranda feras.*

Quanto securius quisque vitam instituit
 priuatam, atque, ut honestissimum in Republica nomen consequatur, istud vita & moribus
 exprimere studet, quod de se quidam ait: Nullis negotijs ingessi memet, sed præcipue con-
 tinui me ab his, quæ sine offensa multorum
 suscipi non poterant. Itaque si iuuandus erit
 amicus, sic illi bene facio, ut hac de causa nul-
 lum pariam mihi inimicum. Et si quid simul-
 tatis ortum fuerit alicunde, aut purgatione le-
 nio, aut officijs extinguo, aut dissimulatione
 patior intermori: A contentione semper ab-
 stineo, quæ si inciderit, malo rei quam amici-
 tiae facere iacturam. In ceteris mitionem quen-
 dam ago, nulli lædo os, arrideo omnibus, sa-
 luto ac resaluto benigniter, nullius animo ré-
 pugno, nullius institutum aut factum damno,
 nemini me præfero, patior suum cuique pul-
 chrum esse. **Quod taceri velim, nemini credo.**
 Aliorum arcana non scrutor, & si quid forte no-
 ui, numquam effutio. De his qui præsentes non
 sunt, aut taceo, aut amice loquor, aut ciuiliter.
 Magna pars simultatū inter homines nascitur
 ex linguae intemperātia. Alienas similitates nec
 excito, nec alio, sed vbi cunq; datur opportuni-
 tas, aut extinguo, aut mitigo. **IN**

Similis factus sum pellicano solitudinis; factus sum sicut nictorax in domicilio.

Psal. 101. v. 7.



Si, miserande, tibi peccus Meranœn flagellat;

Ista quieturi symbola cordis habe,

Cū volucre hac pecc' fodica, lacrymasq; profunde;

Vtque v'lula obscura lugubre nocte gemit.

Ezechias Rex Iuda apud Isaiam dolens & pœnitens inquit Deo: recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Pœnitentia ut plurimum talis, qualis ipse homo: si is adhuc sanus, sana; si infirmus, infirma; si mortuus, sera & mortua..

Comi-

Omniaeū lib. 7. Com. de Carolo Bur-
gundo ait. Cum ad Gransonium, re infe-
liciter gesta, contristatus, in ægritudinem inci-
dit, quæ tanta fuit vt auctabile & calore natu-
rali cogeretur à vino abstinere, & vti pharma-
cis refrigerantibus. Ea vero tristitia sic deinde
prorsus immutauit eius naturam, vt contraria
essent adhibenda pharmaca, quibus pristino
calori restitueretur. Barbam tunc alebat pro-
lixam, sed consilio medici detonsa fuit omnis,
& meo quidem iudicio per eum morbum de-
cessit ei mentis plurimum & ingenij. Atque ad-
hunc modum vexantur omnes, qui morbis
nullum inuenire possunt remedium: In primis
autem Principes fastuosi & sublimes.

Verum in eo rerum statu primum est, vt ad
Deū configuiamus, & peccatis veniam depre-
cemur. Fiatq; quantus illecunq; sit, conscientiā
afflictā cum Dauide, tanquam pelicanus foli-
tudinis, & veluti nicticorax in domicilio, quod
Deus rite inuocatus exhilarat, omnemque a-
nimi pœnitentis caliginem serenat. Alterum
est vt ex amicis, cui plurimum tribuimus, nos
patefaciamus totos: & animi vulnus, quo af-
figimur, denudemus. Nam ad reficiendum a-
nimi vires nihil est efficacius. Huc etiam si la-
bores, & corporis exercitia, & honestæ acce-
dant occupationes, magnum ea res momentū
ad fert. Carolus autem longe diuersam rationē
ingressus, in hac animi perturbatione sese ab-
debat, sed non vt David, nec vlli amici leua-
batur oratione, vel consilio.

Ecce facti sunt quasi stipula, ignis combussit eos, non liberabunt animam suam de manu flammæ.. *Isaia 47.v.14.*



*Ignis amor, tenebra cordis sunt, fumus, amatum;
Opportuna focis otia ligna ferunt.
Suscitat ad vitā hūc man⁹ utraq; folle maligno,
Dum sedet insano iuncta puella viro.*

Cum quidam quereretur apud Comicum, quod sibi amore cor vreretur, Respondit alias, Da illi Cantharum, extingue ignem, si cor vritur, caput ne ardescat. Sed quid amor? otiosorum negotium, aridorum flamma.

Paucis

PAUCIS NI fallor versiculis totam amoris.
P impudici œconomiam depinximus. Nisi
malis audire Senecam in Octauia.

*Amor iuventa gignitur, luxu & otio,
Nutritur inter lata fortuna bona:
Quem si fouere atque alere desistas, cadit;
Breuique vires perdit extinctus suas.*

Interim generosa animi affectio est amor,
& nisi depravetur, ad virtutem assurgit, & ar-
dua. Hunc tolle, ubi artes? ubi Heroica fa-
cta? ubi legitima matrimonia, propagatio-
que humani generis? At quæ ab impuro tene-
bræ? ut quis, vir alias prudens & cordatus, v-
nius puellæ causa, honorem, opes, negotia
seria, corporis animæque periculum parui fa-
ciat. Prò superi! quam densa nox, ut quis fal-
sa imaginatione putet se ambulare in meri-
die!

Et succensabit quis sequiori sexui, si ob
prætantiam formæ efferatur in superbiam?
cum istud possideat, ob quod viri non memi-
nerint se feminis potiores, omniaque naturæ
fortunæque dona ipsarum substeruant arbit-
rio.

— *Nullam iuuenias qua parcat amantis;
Ardeat ipsa licet.*

*Si fortuna volet, fies de Rhetore Consul:
Seruus Sceptra dabunt, captiuis fatatriūphos.
Juuen.*



Terra nimis friget, plumi & sternantur Assello:

Ex merito est omni maius honore pecus.

Quos sape aspicias felici sorte? pudendum

Vix qui onus abscondat aurium. Apollo vale.

*Albertinus hac occasione istud posuit. Quidā
Dux Mediolanensium, gulæ apprimè deditus,
rogabat Archymagirū suum, Ecquodnam be-
neficij genus à se veller? respondit, vt sibi detur
in Aula esse Asino vel fatuo, quod eiusmodi
hominum genus primas fere vbique obtineat.*

Sæpe interfui querevis hominum clarorum, neque raro adolescentum, qui cum veræ Sapientiæ ac litteris dedissent operam, Doctorum quoque insignibus donati essent, mirabantur simul atque ad ambitum deuentum esset, nullum istis locum esse. Contra autem alios, non horum modo omnium ignaros, sed & bonæ mentis ac scientiarum illusores, ad supremos dignitatum promoueri gradus. Neque pridem factum, cum præclarus iuuenis ac eruditus, cæterum simplicitatis meræ, & qui a finorum priuilegia (quod soli possunt qui iam usum Sapientiæ sunt consecuti) nondum satis didicisset; animo & auribus demissis, ut inique mentis Asellus, cum quereala ad me venit. Cui hunc in modum respondi. Multos hactenus de equis, cum ætate nostra, tum superiori, diligenter accum laude maxima scripsisse. Sed & priuilegia extare Equitum præclara, huic ordini concessa. Asini prærogatiwas hactenus non esse certas, neque legibus aut iure circumscriptas. Ideoque immensas esse ac prope infinitas. Quæ tu, bone Iuuenis, miraris in Republica, eadem in aulis, eadem in Academijs ac regnis, eadem vbi que inquam fieri memento. Ac nè locum quidem esse ubi non hoc animal reperiatur. Cōtra qui illi adstabat umbra, lepide illud Virgilianum alio sensu usurpabat, ergo
Mops o Nisa datur, quid non speremus amantes?
 Video seruos in equis, Principes ambulantes super terram quasi seruos. Ier. 14. v. 6. *Onagri stetunt in rupibus, traxerūt ventū quasi dracones.*

— *Quis virtutem amplectitur ipsam?
Pramia si tollas? Iuuен.*



Aurea, miles, habet euicta præmia classis:

Inferior meritis illa corona tuis.

Nemo etenim sacram concendit Honoris ad ædē;

Quem non detinuit cura labore prius.

Istud nec sacræ abnuunt litteræ; Apostolus: si quidem ait. 2. Timoth. 2. v. 5. qui certat non coronatur, nisi legitime certauerit. Namque Mandere qui panem iubet in sudore diurnum, Non dabit aternas absque labore dapes.

Ædem

Adem Honoris tradunt Romæ olim ita exædificatam, ut adiri nisi per illam Laboris posset: quod dij non aliter quam labore dicerentur honores vendere. Neque milites vlla donabantur corona; nisi qui fortiter agendo illam promeruissent, vel ob seruatum ciuē, captam vrbem, aut liberatam, classem expugnatam &c. De quibus alij. Haud secus studiosa Iuuentus existimare debet fieri in arena litteraria: neminem in Ecclesia aut Republica fore magnum nisi qui iuxta Horatium,

Multa tulit, fecitque puer, sudauit & alsit.

Et sane honestissima virtutis & eruditionis præmia: illorum namque præsidio non unus à scholis ad aulam transiit, è cathedra ad supremum dignitatis apicem, à pileo ad triplicem coronam. Quo minime pertingunt qui nihil nisi vulgare moliuntur, neque melioris famæ rationem habent: quibus dumtaxat

Lucrando de pane loqui doctrina vocatur.

— *Neque enim concludere versum*

Duxeris esse satis. Dicas hunc esse Poëtam.

Ingenium cui sit, cui mens diuinior, atque os

Magna sonaturum, des nominis huius honorē.

Vt est apud Horatium. Quodque de cæteris facultatibus intellige. Multoque glorioius, hac ratione dignitates & honores promeruisse citra adeptionem, quā sine meritis eos adiisse..

Filiū hominum, dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Ps. 56. v. 5.



*Improbis unisono trinum convertit in usum
Detractor lingua spicula dira sua.
Absentem primo inuidit, gaudet que nocere
Mox auditori, nec minus ipse sibi.*

Exemplum huius affixat Augustinus in Psal. 49. Frater aduersus fratrem detrahit v. g. cum firmus & doctus detrahit fratri suo bene docenti. Est autem aliis infirmus : aduersus hūc ponit scandalum huic detrahendo. Etenim cū detrahitur bonis ab his qui videntur alicuius momenti, in scandalum cadunt infirmi.

ZEUXIS Heracliothes cum pinxitisset Helenam, magnum ex eo opere quæstum fecit. Neque enim gratis, neque quemuis obuium libere ad eam contemplandum admittebat, sed primum oportebat certam pecuniæ summam annumerare, deinde potestas viden-
di fiebat. Quoniam igitur lucrum ex hac pi-
etura faceret Heracliothes, Græci qui eo seculo
viuebant, Helenam vocabant scortum, licet
ipsa quæ viuebat Helena, mulier esset fortassis
continens & pudica. Ita plerumque iniquissi-
mi detractores famæ alienæ, eos quibus male-
dicentia sua nocere student, non prius verbis
depingunt, aut contemplandos prostituunt,
quam deposita mercede prauæ voluptatis,
quod eos mentientes libenter sis auditurus, fi-
demque dictis adhibiturus. Et hoc pacto effi-
ciunt ut femina sœpe honesta male ab inconti-
nentia audiat, vir fortis & honestus à superbia,
prudens à pertinacia, doctus ab ignorantia,
pius ab hypocrisi.

94 IN PASTOREM ANIMARVM NOSTRARVM.

Ego vitam æternam do eis : & non peribunt
in æternum, & non rapiet eas quisquam de ma-
nu mea, inquit ille. *Ioan.10. v.28.*



*Telicit annosus morsu deceperit anguis,
In que Leonis adhuc viscera viuus eas.
Si, veluti pedibus, tendas ad sidera votis:
Eripere est Pastor faucibus ille potens.*

Imprudenter quid carò emitur, si paricura
non custodiatur. *Quod* vero poterat maius
preium deponi peccatoribus redimendis san-
guine Filij Dei? non igitur ille, quia prudentissi-
mus, facile patietur sibi perire , quod tanti
emit. *Merces* siquidem mortis Christi, *Salus*
est hominum.

Pes

Pes animæ , inquit Augustinus , recte intelligitur amor. Illò enim mouetur ad locum quò tendit. Locus autem animæ non in spatio est quod forma occupat corporis, sed in delectatione , quo se peruenisse per amorem lætatur. Vnde licet miser peccator , à Leone infernali quasi deuoratus, omni spe salutis excidisse videatur : si tamen adhuc ad verum & vnicum animarum nostrarum Pastorem votis pīsque desiderijs aspiret, auresq; in genibus, vbi Reges habere dicuntur, retineat, quibus vocantem Pastorem agnoscat, tantæ vires clemētiaqne nostri Dauidis, vt oues suas è Leonis faucibus eripiat, pristinæque incolumentati restituat. Vnde Augustinus , *Tibi Deus meus quotidie confitetur conscientia mea, spe misericordiæ tuæ securior, quam innocentia sua.* Et, si nos Deus patiatur occidi inimicos, quem faciat amicum ? Dauid de seipso è faucibus peccati erepto : *Misit Deus misericordiam suā, & veritatem suam ; & eripuit animam meam de medio catulorum Leonum.* Seneca.

Pars sanitatis, velle sanari fuit :

Nam sera nunquam est ad bonos mores via

Iuuenile vitium est regere non posse impetum.
Seneca.



*Iustitia, Prudentia & Experientia, currunt
Rite, licet vetula tardigradaque, trahant.
Nulli non prodest hanc continuisse quadrigam:
Semper non magna maxima lucra mora.*

*Submerguntur plerumque aquis propriæ
confusionis, seræque pœnitentiæ, qui cum
Phaëtonte non bene aurigantur Iustitiæ & Ra-
tionis currunt.*

Cur

CVM vita humana nihil sit pretiosius, nulla in re euidentiore præcipitatur damno, quam cum de hominis vita statuitur. His moderati Principes, quamuis quis iuste damnatus esset ad mortem subeundam, tamen adhuc aliquot horis vel diebus executionem distulerunt, si forte tempori quidpiam prodiret, quod è reorum defensione foret. Quam luctuosa & acerba nimium acceleratæ punitio-
nis exempla legimus, cum post mortem, accusati prius deprehenditur innocentia. Vide si vacat eiusmodi singulare apud Hoyerum in Historijs Tragicis, *Genouefa*. Quam difficile sit aliorum iudicem agere docet Tertullianus lib. de Carnæ Christi cap. 6. Vbi insinuat ideo tam diu delatam esse incarnationem Filij Dei, ut ipse sæpius cum hominibus antea loquendo & tractando quasi experimentum caperet, quomodo homo tandem esset iudicandus. *Qui iam tunc, inquit, & alloqui, & liberare, & iudicare humanum genus addiscebat in carnis habitu non natæ.*

Virgilius illud officio Iudicis adnumerat, vt
*Quæsitor Minos moueat urnam: ipse silentum
 Conciliumque vocet, vitasq; & crimina discat.*

Ex æquo Seneca:

Si iudicas, cognosce: si regnas, iube.

*Intolerabilius nihil est quam femina Dives.
Iuuend.*



*Quot uamens? fauos curru iunxit se Leones?
Sexu conueniunt mitia cunctatus.
Ast à dicitis & honore ferocia venit:
Qualibet & formâ virgo superba suâ.
Iuuenalis.*

*Malo Venusinam quam te, Cornelia, Mater
Gracchorum, si cum magnis virtutibus affers
Grande superciliū, & numeras cū dotæ triūphos.
Quod*


Quod Heroicis ingenij est atrabilis , id sequiori sexui est suus mundus , honor , diuitiae : vimque quandam imaginatiuam generant , qua mulier , alias quasi mollier Varroni dicta , extra se rapitur , ferociaque Leoni similis euadit . Ethanc mentis elationem viri adaugent , dum spe potiundae voluptatis se sua- que illi vltro substernunt . Quis etiam aliquan- do non vidit domi modeste ornatas se conti- nuisse , at aureis phaleris indutas foris , instar Bucephali , non admisisse nisi Alexandros ? Ut non alia de causa existimem Reginam Vasthi adeo præfractam & proteruam extitisse erga maritum , quam quod ornatu regio superbiæs , inter feminas veluti stellas Luna minores , emi- neret . An etiam ab ornatu , & copia tot gratiarum fuisse dicam , quod Eua , conditionis suæ oblita , diuinitatem affectauit ? profecto id mihi persuadet tanta sui fiducia , tam proiecta Virginis audacia , vt cum serpente sola collo- qui sustineret .

*Nil non permittit mulier sibi , turpe putat nil ,
Cum virides gemmas collo circumdedit , & cū
Auribus extensis magnos commisit elenchos .*

At ne in sequiorem sexum videamur aspe- riores : Pauonem & Sceptrum cogitatu remo- ue , & agnosces hic matrem , cuius currus , vt Cybeles siue Matris Deum , a Econib[us] trahi- tur , quod materna pietas omnia possit supe- rare .

200 IN SPĒM FALSAM LONGIORIS VITÆ.

Immortalia ne speres, monet ANNVS, Galmum
Qua rapit hora DIEM. Horatius.



Quadrirotam, radijs frontem velatus acutis

Phœbus agit currum, tempora certa notans.

Nosq[ue] monet spatio vertentis, candidus, anni,

Quam vita humana tempus & hora brevis.

Nihil longum est quod finem haber: & omnes
retro temporum series transacta non prodest,
nisi bonorum operum sibi viaticum præpara-
rit, quæ semper ad futura, imo ad æterna respi-
ciunt, & nullis terminis coarctantur. Omnia
ortu occidunt, & aucta senescunt.

Hier. in Epist.

Poëtæ


DOCTAE in fingendo Solis currū alijsqne eo
spectantibus ingeniofissimi , quatuor illi
rotas tribuunt , totidemque equos , quo qua-
tuor anni designent tempora : illaque cum
quatuor vitæ humanæ ætatibus conferunt.
Ouidius Metam. 15.

*Quid ; non in species succedere quatuor annum
Aspicis, atatis peragente imitamina nostra ?
Nam tener & lactens, puerique simillimas auo-
Vere nouo est : tunc herba recens & roboris expers
Turget & insolida est, & spe delectat agrestes,
Omnia tunc florent, florumq; coloribus almus
Ludit ager, neq; adhuc virt in frōdibus vlla est.
Transit in Æstatem post Ver, robustior annus
Fitque valens Iauenis : neq; enim robustior etas
Vlla, nec vberior, nec qua magis ardeat vlla est.
Excipit Autumnus, posito feruore iuvento,
Matus, mitisq; inter iuuenemq; senemque
Temperie medius, sparsus quoque tempora canis.
Inde senilis Hiems tremulo venit horrida passu:
Aut spoliata suos, aut quos habet albā capillos.*

Sic se res habet : totius vitæ nostræ decur-
sus, unus, sed paulo longior, dum taxat annus.
Quid annus? dies unus, qui ortu suo pueritiam,
meridie iuuentutem , inclinatione senectu-
tem, occasu decrepitam ætatem designat, ab-
cessu suo mortem, iuxta dictum Horatij supra.

202 IN VERBIS, NON REIPSA PRÆSTANTES.

Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum: sed qui facit voluntatem patris mei. *Matth. 7. v. 21.*



Horrifono tonet hac mauortia machina bombo,

Non nisi feta tamen mœnia glande, quatit.

Calum non verbis, hic murus abaneus esto,

Posse capi: accedat vita necesse bona.


*Quid prodest Christianum se respondere ver-
bis, & factis negare, dum corruptus est mente
& spiritu? cordis sono, non labiorum boatu
quatiendus vrbis cælestis murus.* *August.*

Optimo

Optimo quidem nonnulli priuati in Rem-publicam sunt animo: deliberant, sta-tuunt, consulunt, præcauent, hortantur, deter-rent, anguntur non secus atque si sua res agere-tur, meritoque illud Comici usurparint, cui to-ta theatra Romæ olim applauferunt: *Hemo sum, & nihil humani à me alienum puto*, id est, quia Ciuli sum societate cæteris coniunctus, arbitror omnia Ciuium non secus ad me perti-nere, quam quæ mihi maxime propria. Quæ verba nisi ita explicentur, non tantum argutie, aut venustatis habent, vt ijs tantopere debue-rit commoueri populus Romanus. Boant, in-quam, illi Curiones priuati, & ingenti verbo-rum strepitu quasi tonant: sed cum publica de-sit functio & authoritas, quidquid querulan-tur & vociferant, easfo iictu fertur in aures po-puli, nec ultra quidpiam eò vox delata efficit, nisi quod

Maxima de nihil texitur historia.

Amor meus, pondus meum : illò feror quo-
cunque feror. *August.*



*Cor molle est teneri sedes & regia Amoris,
Quocunque, hoc solitum tendere, pergit amor.
Si terris maior : supra cuncta petra
Cor ardens scandit, perficiturque Deo.
Veluti volucris quæ in altum volauerit, secura
est, aucupes aut nocentes bestias nihil me-
tuens ; quia cum supra sit, omnes habet risu:
sic anima alas spiritus adepta, ac in sublimes
cæli partes euolans, cum sit excelsior omni-
bus, terrena despicit, omnia deridet.*

Macarius hom. 30.

De

De nulla hominis parte, atque de corde,
Deum inter Diabolumque æque certa-
tum est, si ita loqui liceat. Ille seuerissima le-
ge edicit, vt eum tōto corde diligamus: Iste
omnibus machinis illud ad se pertrahere niti-
tur. Ratio, quia à corde principium non tan-
tum vitæ, sed etiam bonæ, siue malæ. Affectus
vero cordis siue animi sunt illius quasi pedes,
quibus ferimur quotcumque libeat tendere.
Vnde cum Amor terrena hæc & peritura despi-
ciens & proculcans, ad sublimitatem rerum
Diuinarum per cōtemplationem se erigit: Cor
humanum in altissima & inaccessibili petra cō-
stituitur, ibique ardore ignis Diuini confla-
grans, veluti Phœnix, renascitur ex suis cine-
ribus in vitam æternam.

*Tolle caput corui, nec ouis non, viscer a cerui:
Hoc offer Christo. Sathanas procul inde face scat.*

Et ferrum & ignis saepe medicina loco est.
Seneca.



*Ecce canis lateri lethalis inheret arundo :
Mittentis culpat nec tamen ille manum.
Si demissa cutem calo quoque spicula stringant;
Numquam accusemus, qui iacet illa, Deum.
Facere potest aliquid Deus, ut tu nescias,
quare faciat: inique tamen facere non potest,
apud quem non est iniquitas. Aug. in Psal. 61.*

Natura

Natura etiam in brutis & inanimatis adeo fecunda & facunda, vt quam plurimam nos docere queat, dummodo industrium & attentum nostra fuerit contemplatorem. Vnde Hebræus Sapiens pigrum ad formicam ablegat, quo discat illius exemplo, prospicere sibi æstate, vnde hieme viuat. Canis id quod diximus nos docet: vt si cum Lobo exerceamur huius mundi aduersis, quamuis ingemiscamus, lacrymæque voluantur inanes, quod humanæ imbecillitatis indicium: numquam tamen porramus os nostrum in cælum, aut Deo refractarie oblugetemur, vel de illius bonitate secus quam par est sentiamus, cuius iudicia, nobis licet incognita, vera, iustificata in semetipsa. Quique tam immensæ & omnipotentissimæ est benignitatis, vt nulla mala esse soleat permittere, quin nouerit inde maius bonum elicere. Namque

Imperia tolle dura, quid virtus erit?

Cras melius fortassis erit, confide, Manuti,

Et quandoq; pluit Deus, q; serenat.

Sic Auus nepotem in aduersis Venetij solabatur.

NOS IN FRAGILITATEM CONDITIONIS.
HUMANÆ.

Ego esse quidquam sceptra, nisi vanoputem
Fulgore rectum nomen? hoc rapiet brevis.
Casus. Seneca.



Aspice humū, hinc vīnis condēndis pocula ſunq;
Calata hac licet, & fulua metallā tegant.
Aspice humū, hac omnes una proceſſimū alio;
Qualibet exornent nomina, terra ſumus.

De eodem cuncti facti ſumus luto, eisdem co-
pacti exordijs : in ſerico, & in pannis eadem
mors dominatur: nec Regum purpurā timet,
nec mendicantium ſpernit ſqualorem. Hieron.

Quid

Quid Regio nomine exceilentius preftantiusue, attamen vt cæteri mortales, teste ipso Salomone Régum felicissimo, eadem lege nascuntur Reges & occidunt. *Vnus introitus est omnibus ad vitam ; & similis exitus.* Tempus cuique nostrum proximum est, inquit Augustinus serm. i. de verbis Dom. quia mortales sumus. Inter casus ambulamus. Si vitrei essemus, minus casus timeremus. Quid fragilius vase vitro ? & tamen seruatur & durat per secula. Etsi enim casus illi timetur, sed non febris aut senectus. Nos ergo fragiliores & infirmiores sumus. Licet enim casus non accedant, tempus ambulat. Vitat homo iustum, numquid potest exitum ? vitat quæ extrinsecus veniunt : numquid quod intus nascitur, pellitur ? certe mors in olla humi siue humanitatis nostræ.

Problema de morte.

Omnia sana rapit mors : ullam nec tamen illa.

Ad restitutionem

Cogitur. Haud mirum: numquā confessaque iniurie

Funbi absolutionem.

SIG IN EOS QVI DICVNT ET NON FACIVNT.

Cœpit Iesus facere & docere. ACT. I. v. 1.



Ere ciere viros, Martemque accendere canit;
Sufficit haud unus, cornua bina sonent.
Non satis est verbo præas, exempla sequantur:
Prauia ploros aliquid facta monentis habent.

Monendi munus hi recte obierint , quibus
ambitio , liuor , atque in primis obtrectandi
studium, ac fastus ablunt.

Omnino


XXX

OMNINO optandum foret, quibus à Propheta dictum est, *Quasi tuba exalta vocem tuam*, vt simul alteram boni operis informant. Quod cum s̄æpe secus accidat, vel vna doctrinæ tubā nos animari conuenit ad vitam recte honesteque instituendam. *Quia*, vt Augustinus, vox Dei quolibet organo sonans, tamen vox Dei est. Statuendumque de eiusmodi buccinatoribus, quod Cicero de Philosophis 2. Tusc. *Quotusquisque Philosophorum inuenitur qui sit ita moratus, ita animo ac vita constitutus ut ratio postulat? qui disciplinam suam, non ostentationem scientiæ, sed legem vitæ putet? obtemperet ipse sibi, & decretis suis pareat? videre licet alios tanta leuitate & iactatione, ijs ut fuerit non didicisse melius &c.*

Per hosce Tubicines coniuges quoque intellige: quorum si alter, quoties delinquunt liberi, semper silentium teneat, connueatque; etiam si alter ad Catonis regulam familiam instituat, numquam suos ad frugem educabunt bonam. Nihil Filius in Patre videat, quod si fecerit peccet. Filia Matri nutum habeat pro imperio. Non est parui apud Deum: meriti bene Filios educas.

Hieran.

Vt Sol oculorum, ita Sapientia est lumen
cordis humani. August.



Ut noctem pellat grandis sine luce lucernas.
Nil iuuat: hac præstat lucida, mole minor.
Consorte queris thalami & lucis Sapientia egent
Ne cape, sicut quamuis cetera magna satis.

Domus & diuitiæ dantur à parentibus, à
Domino autem proprie uxor prudens.

Proverb. 19. v. 14.

Cum

pestiuæ feminæ gula disrupto, momento temporis totum quantus quantus est peruaissse orbem: vt nec pilus vñus, non vñus acinus, nō acus punctum extra illius dominatus sint fines.

Admonetur hic Iuuentus non facile se dare in mortis discrimina: illicitas Diuinis humanisque legibus duellationes subterfugere: crapulam immoderatamque Venerem detestari. Quibus prō nimisquam multi immatura & procurata sibi morte occidunt, impensas & spem parentum frustrantur, summoque consanguineos mætore conficiunt. Hoc tamen Magnatibus similes, de quibus Iuuenalis:

*Ad generum Cereris fine cade & sanguine pauci
Descendunt Reges, & sicca morte tyranni,*

Tolerabilis est mors senum, mors adulta & matura, cum corpus suapte sponte in primogenium pulucrem resoluitur, animaque domum vetustate collapsam deserit. At quam luctuosa mors præcipitata, cum per vulnera aut gulam, veluti fenestras, intrat, idque feruidæ ætatis immoderantia & vitio! Cornelius Gallus.

*Omnibus est eadem lethi via, non tamen unus
Est vita cunctis exitijque modus.*

Problema

*Mille vie ad mortem diducunt, unaque vitam:
Mirum qui plures vitæ ineant, quam obeant.*

IOAN.

IOANNISMELITANI
à Corylo
MVSÆ ERRANTES.

Bca-

Beatissimæ Virgini MARIA à bono successu in
æde Augustiniana Bruxellæ miraculis ce-
lebri, cum librum à se com-
positum offerret.

Cæli solique summa
A Filio Imperatrix,
A Filio Patrona,
Maria Virgo-mater,
Me cernuè aduolutum
Aris tuis tuere.
Et quem dico sacroque
Lacus libensque, libro,
Ductu tuo inchoato
Ductu tuo absoluto,
Concede, Mater, vitam,
Concede, Virgo, famam.
Concede Mariani
Ut nominis sub umbra,
Contra malignioris
Lingue venena tutus,
Dirasque morsiones,
Huius parens libelli
Vitam exigat quietam:
Ac editi laboris
Successus; unde seruas
Nomen, bonus sequatur.

ILLmo ET REMO DOMINO,
D. GUILIELMO
À BAVARIA,
PRINCIPATVS STABVLENSIS
Coadiutori Administratori,
 Baroni in Hollinghouen , Collegiata-
 rum SS. Petri Iunioris Argentinen. &
 Seuerini Colonien. Præposito , S. Iaco-
 bi de Spada Equiti, Serenissimorum Ele-
 ctorum Coloniensis , & Bauari Respe-
 ctiuè supremo Camerario, & San-
 ctioris Concilij Præsidi ,
 &c. Mæcenati
 suo.

MVsa faue , exiguo iuuat hic praludere
 versu
Illi, quem toto spiramus pectore amorem
In BAVAROS, Diuām genus, amula cali
Lumina, qui nostro rerum potiuntur in Orbe.
Ast his prateritis modo Te, Vir maxime, paucis
Affari liceat; quamuis haud indigus ullā
Laude ipse obtineas magna compendia fama.
Exactus siquidem rigida virtutis alumnus,
Et veluti presens numen rerum actibus adstante
Ardua præcelsi conamina Principis aulā

Dexter

Dexter obis . fessoque nouus succedis Atlanti :
 Sint infra ut meritum calami conamina nostri .
 Sed meminisse potes , magnis Flos addite Iberis .
 Quos gladiata crucis rubea distinguit imago ,
 Hausta vel irriguo placuit quia Regibus unda
 Fonte , vel agresti decerpsum ex arbore pomum
 Munus nobilitante animo . Superis neque semper
 Taurus in aurato cecidit Dis victima cornu .
 Hinc nisi displiceat facundi carminis usus ,
 Efficies , addens animum , maiora canamus ;
 Scrinia quoque premunt ausim committere luci .
 Fert animus siquidem patrios pertexere fastos ;
 Lossenses Comites , illorum claraque facta
 Eruere è tenebris ; doctorum nilque timere
 Crisim , & admissis stadium dcurrere habenis .
 Guilielmi hic referet non unica pagina nomen
 Herois , proprium magnis cui incumbere rebus ,
 Et virtute suageminum penetraire sub axem ,
 Non adeo Bauaræ tantum tibi gloria gentis .
 Consilio firmata tuo qua Legia nouit ,
 Tungrensesque mei gratarter vera fatentur .
 Viue diu felix : nostra . Testante , virebunt
 Et quas Demra rigat Coryli , fragilesq; Myrica .

Hasseletum , primarium antiquissimi & su-
 premi Comitatus Lossensis oppidum , caput-
 que Campaniæ Leodiensis , sic dictum lingua
 vernacula à Corylo arbore nucifera . Vnde Au-
 tor progenitoribus Tungrensibus oriundus .
 Demra fluuius oppidum interlabitur .

IN CATALOGVM PRÆPOSITORVM
Illustrissimæ Sodalitatis S. Antonij, in æde
Augustiniana Bruxellis.

AT vos, Magnanimi, nec inania nomina
laudis,
Saluete Heroes: quorum pars maxima pulchrā
Oppetit mortem pro religione Deoque,
Fida suo Regi, nullis infracta periclis.
Felices! quibus ardor inest. & gloria Martis,
Vnde Duces, dum res trepida, belli que tumultus
Incumbet, responsa petant, & iura Senatus.
Vos dudum immensis spectatos Belgica rebus
Euexit calo, virtusque sacrauit Olympo.
Armis consilioque potens pars altera restat.
O numquam hostili pectus concussa timore
Robora Belgiadum pacis bellique ministri,
Saluete: Antonio non inficianda Patrono
Pignora, qui totum solus tremefecit Auernum,
Inq[ui] fugam vertit, pugna aspirantibus Astris,
Morborū omne genus. Rapidi vos fulminis instar
Hostiles acies quatit. Prasentibus hostis
Hactenus intremuit vobis, Galli, Batavique.
Quin & Relligio tantis iam fessa procellis
Per vos optato sperat succedere portu.
Ut vigili docteque ratis commissa magistro
Et rigidi Borea. & ponti secura tumentis.
Credere se ventis ac magnis fluctibus audet:
Sic, si fata Deum, vos si fors prospera seruat,
Belgica constanti obsequio certare parata,
Bellorum metuet nullos interrita casus:

Sed

ed Martis dare se magnis citamotibus audet.
Vnum istud precor, unanimes modo viuite, donec
Auspicijs Regis, vestra feliciter hoste
Edomitodextrâ. Belgis & pace reducta,
Vos Cali Omnipotens suprema in parte locabit
Indigites inter claros, sanctumque Senatum.

Burgundia queritur Carolum Audacem
voluisse è Ducatu facere regnum.

EPITAPHIVM.

Carole Dux, sortinimum confise fauenti,
Immensaq; tumens spe, heu! quanto cordæ
dolor,
Ærumnisque meum fixisti. Carole pedibus.
Illa ego Liligero nil concessura Monarchæ,
Germanoue Ioui cui Rhenus seruit & Ister,
Seu bello, seu diuitijs certare parati.
Illa, cui Artesia famulatur & Hannonis ora,
Matthiac& toto gens formidata profundo,
Et bello fortæ Flandri, ditesque Brabantij:
Quā Luxemburgi venerantur, & inclyta Geldri
Terra Ducis, moribundo corpore magna
Reliquias anima seruo, longaque piatur
Morte mihi ambitio, postquā me, Carole, sceptre
Regali ornatam voluisti. quæ Ducis ante
Illustris titulum tenui non inuida Regni.
Heu! mihi fatalis. Superi, mutatio auti
Nominis illa fuit. Nam Galica signa per agros
Flandrenses volitare dolens. & fortia Franco
Ectora Belgiadum vidi pauefacta furore.
O utinam! numquam pressisses arua Nouest;

Acrique ambitione furens Heluetica numquid
Robora tentasse; non irrisoribus issem
Vittima purpureo toties perfusa pudore:
A: t * Itala terram mordores frāude peremptus,
Nancumque tuum celebrares, Carole, fato.
* Proditione Campobachij.

Lacrymæ in Obitum Admodum Reuerendi
& Praestantissimi Viri, D. Auberti Miræi,
Decani Antuerpiensis, & Principi
Cardinali à Sacris Oratorij.

O Vantum ego, Vir magne, heu! in te Re-
spublica quantum
Perdidit. Heu! studijs quanta ruina meis.
Ceu patrem semper colui, expertusq; Patronum
Nam certus dubia nauita puppis eras.
Consilij momenta profundi Ecclesia sensit.
Obsequium Princeps, Orbis at ingenium.
Ut proprium Sidus Musis operata Iuuentus,
Doctorum elegit præsidiumque cohors.
Hinc, Miræ, solo meritò in clamamus ademptū
Fundimus q; surdo plurima vota polo.
Te sacra suspirat variarum Historia rerum,
Lumineque illustris Belgica tota tuo.
At fuit infirma pro conditione migrandum,
Prō dolor! q; nigra vela videnda ratis.
Nec tanta integritas potuit properantia fatu
Sistere, nec scita docta tabella manus.
Næ tamen apius eras totum qui Nestora viuen
Expleres numerum pubuerus Euboici.

iam sed fatus est visum Superis: Te nempe beatis
 Addere calicolis, perdere me lacrymis:
 Cultu, at non doctrina, primus qui inter amicos
 Hinc abeuntem excepti ore madenie animam.
 I felix Tua quo virtus vocat, altaque cali-
 Latus adi; at luctus sis memor usque mei.

Venerabili Seni, IOANNI NEPOTIANO strena,
 equus cælatus ab Alberto Dureo.

Sunt qui per celeres, tabulas misere columbas,
 Sunt qui per fidos, munera grata, canes.
 Arduus à nobis Sònipes fert usque salutem:
 Sed quem Dureri scita manus domuit.
 Ille licet brutus, nostram, pater optime, spartam.
 Impleat, atque tibi rite precetur. aue.

R. P. MELCHIORI BEIDÆI. S. TH. D.
 Extructori Templi & Monasterij Augu-
 stinianorum, Bruxellis.

In Symbolum ipsius ferro expressum.

F. M. B.

Dum nuper vestras lustro accuratius adas,
 Exoptans Argi lumina plura mihi.
 Idi illam ingentem templi molem, cui forma
 Cedere nil dubitent nula vetusta noua
 Tantum ibi splendescit lucis puroque nitescit
 Aëre, quem nec plebs inficere ima queat.
 Quam solido integratur calatis fornice signis,
 (Qualem alibus quam Belgica forie videt)

Tam bene cum Odais distincta altaria: nullus
Sit magnus licet hic absque decore locus.

Quid frontispicium? qua maiestate coruscat?
Materia ut possit vincier, arte nequit.

Ductilis Iōnio consurgit utrumque columnas
Ordine, quas varietania secta tegit,

Vt sileam Zophyros. Huius fastigia Virgo
Successu læto summa tueretur ouans.

Ast hinc digrediens veteris peto limina porta,
Ut vidi exclamo: quis Deus urget opus?

Quadrato ex lapide in quadrum substructio nāq;
Assurgit centum longa pedesque decem.

Bis medium duo Claustratenent, superum arca
librorum,

Imum sed cauea; cetera cellula erunt.
Et quia conspicua est tecto pars illa, cadente

Quæ premitur Phœbo, subiacet hortusei.
Huc refero gressus. Pater at Reuerende notaui

Nominis actum symbola certatui,
Symbola quæ mōstrent hui⁹ quis culminis auctor,

Ecclesi finem imponere qui potuit.

Symbola quæ meū tacitus dum voluo reuolu,

Res in contracto si qua latere queat:

Felices dixi, proprio quos donat Iambo

Musa loqui, refugit nostra Thalia sonos.

Tentavi si quid possim fors arte Pelasga,

Greca sed hic omnem Musa negauit opem.

Huc igitur faciles Iambi, quod symbola signent

Arcanum eximij, dicite, sacra Patris.

FELICITAS MONASTERI.

BRVXELLEN SIS erit, quod prefuit hactenus illi,

Adducta gnarus frenatenerem manu,
FRATER MELCHIOR BEIDAELS. Studiofa Iu-

nentus,

Istud qua finxit dicere vera potest.
Reddimus hoc sensu vobis, Pater optime, vestra
Symbola. Nam signis sapius omen inest.

In Effigiem.

D. GOTIFREDI VENDELINI LV-
menarcani, scientia nobiliorum linguarum,
Matheseos, Philosophiae, Diuini huma-
nique Iuris clarissimi.

Hunc spectas vultum? fari tibi si queat iste,
Iam disces quidquid scibile mundus habet.

P. Melchiori Daëlhemio, Poëta,
Alberto Austriaco parentanti.

Docte, taum celebrat natalem fama, Poëta;
Dùm canis Austriaci funera mœsta Ducis.
Cur non te proprio Phœnicis nomine donem,
Qu tam fragrantia nasceris è cinere?

INSCRIPTVM ALBO

Ingenuorum adolescentum, Henrici & Fran-
cisci Loyens, Clarissimi patris
filiorum.

Non iacet in molli veneranda scientia lecto:
At iacet in rigido Seneca, Ciceroneque lecto.

ADMODVM REVERENDO ET CLARISSIMO
D. GODEFRIDO Typoëts
 I. C. CANONICO ET OFFICI ALI
 Iprensi, cum Sacro Presbyteratus Ordine in-
 signiretur, hanc ex amœno S. Scripturæ
 horto corollam Musæ
 texebant.

FLOSCULVS I.

Caput cum pedibus vorabitis festinanter.
Exodi 12.

Mysta. quod hic pariter cali terraq; Creator
 Tegmine sub Cereris fugitiua constat, qm
 omni
 Mensura maior, nec dodrantalishabetur
 Iudicio visus, ne longa indagine quare;
 At celeri percurre gradu. sic nempe vorabis
 Extremas partes. Medio sed vescere lentè.
 Quem recipis, pensa: quali dignaris honore.

FLOSCULVS. II.

Erunt duo in carne vna. Ephes. 5.

Hic quoq; Doctorū sequimur si scripta virorum,
 At sine labe, duos copulat una caro.
 Sic vino latices, cera liquefactaque cera
 Miscentur: Cereri massula feta sua.
 O quam Temorem viuentem talibus escis!
 Non te mortalem, sed reor esse Deum.

Flosculus.

FLOSCVLVS III.

Qui manducat meam carnem , & bibit meum
sanguinem , in me manet, & ego in illo.

Ioan. 6.

Nupta Mai solo cineres mariti
Fertur infusos cyatho bibisse,
Vrna vitalis, tumulusque spirans
Coniuges uxor.

Non male balantem, grauis atque busti,
Puluerem Christi, Neomysta, lingis,
Qui tuum viuo cibat in Synaxis
Corpore corpus.

FLOSCVLVS IV.

Deus omnia in omnibus. *Ephes. 5.*

Ad fontem sitiens adit viator,
Pleno gurgite proluit que fauces:
Mox in frigidula quiescit umbra.
Fons adest Tibi vena gratiarum:
Ergo Cymbia duc capaciora.
Hic vires reparat labore fractas,
Hoc ex fonte Fides capescit haustus:
Hic fons Spem rigat. atque Charitatem.

FLOSCVLVS V.

Ego dixi, dij estis. *Psal. 81.*

Felix qui Superum dignus honoribus
Vitam fragilis spernit adorem.
Et cum quisquilijs ludicra gaudia.

*Secretus populo viuit in abdito,
Pastus quotidie Calituum cibo.*

FL OSCVLVS VI.

Quis ego seruus tuus? 2. Reg. 9.

*Sedere in ostro, fercula Regiae
Gustare mensa, pocula nectaris
Libare, si tantiputauit*

Ionatites male promptus ire.

*Quid? mensa Christi quo pretio satis
Digne astimetur? Te quoties vocat*

Architriclinus ille magnus,

Accelera, Neomysta, gressum,

Nil profuturo deposito metu:

Ac mente, nec non corpore cernuus

Ad se vocanti fare contra:

Heu! quis Ego? Deus ô deorum.

*Suauissimo Poëte, Conuictori suo, P. MICHAELI HOYERO Tragoedias suas edenti,
Antuerpiæ.*

Tam multa illa meis diuisa est millia char-

-ris

Musa, tibi blando qua cupit ore loqui:

Prima quantum à nobis distat origine Schaldis,

Rhenus & Hesperio dissidet Oceano.

Tam retrahunt alio cura, assiduique labores.

Te canere ex merito quam meus ardet amor.

Digna tamen quoties religo tua Carmina cedro,

Qualia Apollo suis temperet articulis.

Carmina

Carmina posteritas potiusque grata probabit.

Tu modo quid scioli, neglige scire, velint.

*Assurge in Senecam, sequere hunc grauiore co-
thurno,*

Sed quem argumenti religione prais.

*Quid metuis? Phœbi pensum, vigilesq; lucernas
In lucem profer. Fama probabit opus.*

*Hac, inquam, quoties religo, mihi laua calefcit,
(Nam sine te nostrum non valet ingenium)*

Et vix culta mihi pridem repeto sacra, versis

Atque libet tecum paucula verba loqui.

Non quo te celebrem, magnis iam cognite Belgis;

A te sed quantum carmine vincar ego:

Seu potius plures norint, quam semper amicè

Viximus, abiunxit nulla querela duos.

Scribere tu doctus tersissima, ego admirari:

Condere tu promptus plurima, ego legere.

Admodum Reuerendo & Magnifico Viro,

D. ANTONIO SANDERO, S. Theolog. Licentia-

to, Historiographo, Oratori, & Poëtæ

celeberrimo, secundum Choro-

graphiæ Flandrensis Tomum

edenti.

FOEDUS amicitia quā, Vir Clarissime, nostra

Etsi forte velim, dissimulare queam?

Donec enim occidua licuit subsistere terra,

Neque suo fuit Flandria opima sinu:

Tu mihi simplicibus veluti dilectus ab annis,

Nec me forte tibi carior alter erat.

Suspexi ingeniumq; tuum, mentemque capacem:
 Cunctarum rerum, prater auaritiae.
 Magna sonaturum obstupui os, caloque supinum
 Pectus, cui calamo diuite vena fuit.
 Seu patriæ historiam subeat p̄texere, & orbi
 Pandere, sit quantis Flandria macta bonis:
 Qua comitum series, qua fastis digna patrarunt;
 Qui mores hominum, condicioque soli.
 Eruis è tenebris longo squalore sepulta:
 Et facis hic Ciuis quilibet esse queat.
 Sic nempe Historici mensuram nominis imples,
 Omnis ut ingenio clara sit oratio.
 Carmine seu libeat fluere, aut Cicerone tonare,
 Rhetoris & vatis munera rite subis.
 Hinc. Vir magne, tui extant tot monumenta la-
 boris,
 Sanderib hinc toties pagina nomen habet.
 Non tot formosa Iuuenes venantur amorem.
 Non Regum obseruant limina tot proceres:
 Subicis assiduè quot ter sa volumina proelo,
 Facudo & multis pectore fundis opes.
 Huc nec te ambitio impellit, spes uerget habēdi:
 Fecundum utilitas, officiumque facit.
 Quod faustum & felix igitur, iam prodeat alter
 Historia, probat hos publica fama, tomus.
 Quorsum dissimilem? liuor malus audiat istud:
 (Mai⁹ enim inuidia est. cuspide quicquid agis)
 Quod tua venturi transcribes nomina facis,
 Disjiciens tetra spicula tincta lue.

IN TYPOGRAPHION ET BIBLIO-
polion Plantinianum coniuncta.

Calcographion orbe toto exactius,
Calcographion orbetoto instructius,
Calcographion orbe toto illustrius.
Plantiniano faculum nullum tulit.
Nouere Reges atque Regum Libert,
Quibus videre ipso ob stupere contigit.
Atqui Bibliopolion haud suo loco.
Sicutque membrum separatum à corpore,
Mæreretur visum est, atque saepe conqueri.
Quousque prudens ille Plantini nepos
Balthazar, ille Regis Architypographus
Succurrit, atque nata iungi, industrie
Ad posteriorum commodum iunxit duo,
Structis in altum quas videris adibus,
Splendore, magnitudine quanta conuenit,
Non sine labore maximo, & Constantia..

D. IOANNI PALVDANO,
DVM.

IN MEDICINA
SUPREMO APVD LOVANIENSES
TITVLO ORNARETVR.

Augusti postquam felicia tempora tandem
Defecere orbi: nigrisque innecto quadrigis
Barbaries longe lateque extendere regnum.
Doctrinamque suis omnem sepelire tenebris.

Non Themis interpretio, Sacrae scientia legis:
 Nullus bonos studijs; livebat fulgor honesti;
 Pulchrūq; innup:is laqueū mandasse Camenis.
 Qui pede stans uno lallabat pauca latine
 Verba, erat vulgo summus vatesq; sophosque,
 Et populi in medio grandis sine luce lucerna.
 Ellebori & piperis qui vixdum nouerat usum,
 Sacratum Medici post paullo nomen habebat:
 Phæbo quale fuit, Nymphaque Coronide nato.

Ast ubi rursus tot redeuntibus ordine lustris,
 Extulit alma caput calo Doctrina sereno,
 Francaque hospitio Sorbona excepta, deinceps
 (Quo mage tuta foret contra sciolos crotalosque,
 Informis naturæ homines, quibus ultima rerum
 Lucrando de pane loqui Doctrina vocatur)
 Gymnasijs tituli inuecti, nomenque Magistri,
 Et qua castra scholes vox est mutare coacta.
 Qua meritis modo cum fructu usurpare licet,
 Pro tot transmissis generoso noctibus æstro,
 Lampadeq; emunctatoties, totiesq; crumena;
 Vera inopes laudis socios dum tessera fallit,
 Aut sua festiuis transmittunt otia nugis.

Altaperā nimium at parui ne carminis orsa:
 Scilicet hoc fieri decuit, Clarissime victor
 Morborum: natura cui penetralia cordis
 De meliore luto finxit: ne inglorius ires
 Inter honoratos, quos virtus extulit ingens,
 Atque Europas melioris fama per urbes
 Candida vulgauit Doctrina. Id nempe labores
 Sat meruere tui, titulo nemunus obires
 Inferior, Magno cathedram cedente Fieno.

Id uisa exigere est ratio, ut cui extendere fata
 Posse datum, nulli qui cedens arte nec usu;
 Viuacisq; diu risparius acumine mentis
 Omnid lunare mitate subiecta sub orbem,
 Et caussas rerum, q; paucis penetrabile Magne
 Secretum Matris: Doctoris nomine tandem
 Illustres inter Medicos, Vir magne sederes,
 Iam pridem merita redimitus tempora lauro.

Admodum R.R. D.D.

A D R I A N O, Metropolitanæ Colonie
 Canonico Presbytero, & PETRO de
 Walenburch, Diuini humanique
 Iuris Consultissimi.

Nobis par fratri, vix quale tulere priora
 Sacra, vel forsan posteriora dabunt.
 Tantus inest animis ardor, concordia tanta,
 Vno ut quis dicat viuere corde duos.
 Mens aquirectiq; tenax, parcuraq; morum;
 Vnus q; antiqua pro fide utriq; labor.
 Si studys altri lubeat dare se, probat alter
 Noctibus q; totos continuare dies:
 Nocturna versare manu, versare diurna
 Aut calamus aut libros alter q; alter auet.
 Diuini pascendus ubi grex nectare verbi,
 In cathedra neuter stat Cicerone minor.
 Excipere hostiles acies, victriciaq; arma
 Circumferre ambo iam didicere diu.
 Tremoni^o tremit ac veluti canis, Huidius, antro
 Praesecta canda, deliter: ambo gemunt.

Natorum in Matrem pietatem Ecclesia laudat;
 Et mactos iantis vos iubet esse bonus.
 Ut Superi seruent nostri duo fulmina sacli,
 Hareseos quorum concidit Hydra face.
 Quae de Tyndaridis effinxit caca vetustas,
 Fratribus his potius singula conueniunt.

AD MODVM REVERENDO
 D. AEGIDIO GELENIO S. TH. LI-
 centiato, Protonotario Apostolico, Collegiatæ
 Ecclesiæ S. Andreæ Canonico, Reuerendissi-
 mi & Serenissimi Principis Electoris Co-
 loniensis Consiliario Eccle-
 siastico.

Forte bona ut primū te, Vir doctissime, vidi.
 Non poterant mores non placuisse tui.
 Acris mens animi tertiissima, candor in ipsis
 Mox verbis, graue sed pondus in historia.
Est exacta tibi antiquorum cura librorum,
 Digna Cedro & proprio condere Marte potes.
 Et quasi sepositis curis, tibi sola voluptas
 In studio: ampla nitet codicibusq; domus.
Istud quām ex merito; Geleni Maxime: namq;
 Viuit ingenio, catena mortis erunt.
Rara sibi virtus doctrinam iungere gaudet,
 Dicendus quisquis, se probat ipse bonis.
Debendiq; ream tibi se ipsa Colonia dicet,
 Quod curam illius posteritatis habes.

Philippo

PHILIPPO FABRI, Poëtices Professori,
Neomystæ.

NOminetu Fabri clarus, dignusq; Iuuentā
Qui formes informem, ad postes quiq; Mi-
nerua
Suspendas ferulam senior, tam munia classis
Dexter obis, tā audis gnaus fabricator honesti,
Formosam ut subeant Iuuenes noua cera, figurā.
Dedalus ingenio quamvis celeberrimus artis
Fabrilis tibi concedit, si nobile spectes.
Obiectū, sunt namq; anima, pia turba, redempta
Sāguine Diuino. Huic operi Faber arduus instas.
Nec Philo Cæcropius, nec quilaudatus ab hoste
Longa Syracusij protraxii prælia kelli.
Exoptent certare tibi, postquam Faber alter
Es factus sacro ter magni Frasulso re.
In que sacerdotem undus quo possis fabricari,
Ipsetum tibi factorem (sit venia dicto,
Haud bene conueniunt humanis calica vertis).
Post hac nam quinis non vocibus amplius, uno
Orbiculo clāudes, pugno qui continet orbem.
Quæ metamorphosis! mutatas corpora formas
In noua qui docuit, nequit cōprendere: sed quā:
Possibilem tua, Christe Deus, sophia explicet. O te
Felicem Fahrum! naturæ cedite scriba:
Cedat in exigua quisquis clausissè figura.
Magnū aliquid iactat: fuerit licet ipius Homerū
In nuce qui posuit: fuerit licet illa periti
Dextra Syracusij qua terram, qua mare, quaq;
Æthera, & in paruo fabricauit sidera vitro.

Quid

Quid conquisitis per tot dispensia formis.
 Ostentat Zeuxis forma breuiarium in una
 Argutus Venere? attollit clypeumue Minerva
 Quid Phidias? vos Cosmographi desistite posthac,
 Exigua immensas charta qui pingitis urbes.
 Quod felix faustumque siet. Miracula terra
 Unquam que vidit noster superat Faber. Euge
 Porro, & quotuare virtus agit, amplius insta.

IN
 IVBILEVM SACERDOTII
 R. P.
 ANDRE AE ROSAE
 AVGVSTINIANI.

Heinlius in Rossa vel se vidisse putauit,
 Aut lepide ad finxit plurima digna cani.
 Hinc celebrare brenem, non magna dote puellam
 Non cessat, Domine maxima flamma sua.
 Illius immenso dotes miratur amore;
 Quaecunq; est, Rossa, pagina nomen habet.
 Inque Rosa nostro nil obseruabimus, in quo
 Aeterna potius omnia digna cedro?
 Naturaque decus, generoso pectus honestor
 Et niuei mores, & sine vita dolo.
 Urbani sine felle sales, sine lite beata
 Aetas, depositi longa tenaxque fides.
 Quid dicā, bene olens Rosa, quā mārētib. astrū
 Propitium fias, prasidiumquereis. Ho-

Hostis turbarum quantus linguaque procacis
 Sis, inter spinas ceu Rosa, pacis amans.
 Ut priscos referas facundo pectore Patres,
 Africa siue tuos, Gracia siue tuos.
 Paueris ut Christi populum sermone diserto,
 Ipse gregis factus normat ui ext animo.
 Quinquaginta annis pass⁹ quamulta: PRIORIS
 Curarum munus millia quanta dedit.
 Hinc aliquis si forte neget quin copia vers⁹,
 Insanus medio flumine querat aquas.
 Ist⁹ & interea noster, Pater optime, pridem
 Dicere grandil quo carmine gestis amor.
 Sed procul à Phœbo, Cirrha & Permesside lymphas,
 Penè sub Arctoo sidere natus ego.
 Est tamen vnda mihi facilisq; in vota precant⁹
 Diua, Dei salua virginitate parens.
 Ponè scholas nostras leni fluit agmine ZENNA,
 Qui reliqua mediis Principis urberuit.
 Sed ruit innocuus, veneratus forsitan aulam,
 Cūm glaciali alibi tempore damna dedit.
 Quaque Hallis multa Belgis colitur prece Virgo,
 Exiguum fluuius fontem ubi noster habet,
 Propitio hac nostras adflabit numine lymphas,
 Concedetque haustus in noua metra nouos.
 Te precor, Alma fauens animis illabere nostris,
 Fonticulo indulge proluam ut oratio.
 Non mea materies Rossa est, Rosa sufficit omne
 In decus & laudes, Cynthia abesto procul.
 Dum faciles dederint annos miki filia sororum,
 Lesbia nulla mihi, nulla Lycoris erit.

Qualem at te memorē. Pater eugeiros (Rosa fias
 In superis donec gratior ante Deum)
Qui candore Rosam anteuenis, virtutibus annos
 Excedis. famam vincis odore bono?
 Nam veluti croceis halantem floribus hortum
 Si quis inire velit lumine cuncta notans:
 Et Viola hinc niteant, hinc roscida Lilia spirent,
 Candida purpureis mixta papaveribus,
 Hinc Narcissus bianus. & flos bene olentis Anethi,
 Ac Hyacinthetus rideat inde nitor:
 Admirans dicet, Pastanigloria ruris
 Obtinet hic primas, sint tibi sceptrā, Rosa.
 Haud secus etatis quisquis perspexerit huius
 Defectos animis, inualidosque senes.
 Hos inter, venerande Pater, te iure vocabit,
 Si queat aut aliud pulchrius esse, Rosam.
 Deiectus neque enim multo victusq; labore,
 Sed perstas veluti pondere Palma suo.
 Non tu mentis inops, delirat linguae, nullo
 Haec tenus in studio cespitat ingenium.
 Non tibi frangendus gingua panis inermi,
 Nones morosus rancidula sue senex.
 Canicies tibi, sed veneranda; decusque sereno
 Praclarum in vultu ruga senilis habet.
 Dum natura etas producit tempora noctis,
 Sit sine nox somno, non sine nocte preces.
 Et quamuis possis generis primordia vestri
 Ad Belgj illustres fortè referre Rosas.
 Nec neget esse suum locuples Antuerpia ciuem
 Athletasque inter computet illa suos,

Qui pro Rege olim, pro religione Deoque,
 Externo iussi querere in orbe fugam:
 Cum gremio, fidei retinax, excepit, auita,
 Ut genitrix natum, LEGIA-SANCTA suo.
 Nobis tamen hæc, præclare Senex, præcordia mulcet,
 Nec mammilla ideo subsilit altratibi.
 Est aliud potius totus cur iubilet Ordo
 Augustini adum, cur mea plectra sonent:
 Insolito iuuenes Senis applaudamus honori,
 Appensis oleant atria sacra Rosis.
 Bis ergo ter denas numeras, Pater optime, brumas,
 Et toties messis Belgica visa tibi.
 Ex quo cognato redimitus tempora flore,
 Donasti tepidis thurea grana focis.
 Ex quo voce Deum sacrata rite vocasti
 In Cererem, sanguis vinaque facta sacer.
 Istud quæ rarum, tam, Vir venerande, decorum
 Annorum hac serie sacrificasse Deo.
 Rem fecisti hodie primo quasi vere renascens,
 Quæ non est auro rarior villa tuo.
 Vix etenim inuenias totidem quæ talia faxint,
 Theba quot portas, ostia Nilus habet.
 Hinc solemni epulo dulces gratantur amici,
 Lata sed exiguo vina mitcant calice.
 Quatuor, ut viuas, cyathis Rosa suauè bibatur,
 Andreas septem: sic mea Musa iubet.
 Omnes exceptant ut totum Nestora viuas,
 Mellitum cuius pectus ergo ora refers.
 Floreat aeternum, duretq; in secula, dignus
 Semper clementi vinere Sole, Rosa.

Flore perpetuum flos inclyte; turbine nullo,
 Nec te mordaci frigore carpat hiems.
Cumqz habitans tecum feruenter multa rogabis
 Aut hac aut simili voce futura, Deum.
O Puer annos*f* recubans Simeonis in vlnis,
 Spes miserorum, mundi indubitata salus,
Fac me ab amore tuo diducat nulla senectus,
 Tithonus fiam, siue ego Nestor ero.
Nullius sine te placeat lux al madie,
 Nullaque sit sine te nox vigilanda mihi.
Tum tibi si qua mei veniet non immemor hora,
 Fac placent Puerto nostra Thalia senis.

P. GUILIELMO BOLLI, Poëtices Professori, in
 die Patroni sui, in gratiam Discipulorum.

Anua GUILIELMI redeunt solemnia nobis:
 Qui piu ab aurata casside nomen habet.
Belligeros quis enim iam nescit Teutonas olim,
 A genere armorum sape vocasse suos?
De uotam genuit superis hanc Francia prolem,
 Sed qua stemma suu ad Teutonas visqz refert.
Quantaque nos erga calidignatio, quod Tu,
 Francigena istius nobile nomen habes.
Erga nos dico, Musis qui operamur amoenis,
 Et colimus doctos Thespisidumqz choros.
Propitiæ quibus est libitu, sibi pallada reddant,
 Et faciant falsa plurima vota Deæ.
Illa suam, potis est, iacula tur fortiter hastam,
 Urgeat quod belli tempore pacis opus.

At nos, dum faciles animi, venerande Magister,

Te petimus: Docta Palladis instar eris.

Hasta tibi calamus, clypeus liber, aurea cassis,

Ingenij vernans qua tibi vena fluit.

Optima tu breuibus chartis Epigrāmata claudis

Et venit ad numeros ipsa Thalia tuos.

Idem & Pindaricos gaudes recludere fontes,

Vt venus in a tibi barbitos ad stupeat.

Infers Tu vatum cacis pia lumina libris,

Obstrūsum ad Musas rite recludis iter

Hinc tibi qua facimus tranquilla suscipe fronte

Vota, nec orantūm verba perire velis

Scilicet excelsi monstres ut culmina Pindi:

Quam possit, doceas, quisq; tenere viam.

Quo liceat tandem recubare Heliconis in umbra,

Et magnam sacro fonte leuare sitim

Fecerit in uictis Gvilielmvs pralia turmis,

Aut auro, aut multo gramine semper uans.

Magnam se nobis hostem ignorantia prabet,

Hanc viciisse tibi gloria maior erit.

CLARISSIMO VIRO,

D. CONSTANTINO MUNICH,

Bibliopolæ & Ciui Colon. super ipsius sym-

bolo vocali: Quod sis esse velis. Praefert pro

in signi Monachum nigrovestitutum, in

area fulua exaratum. Eius proge-

nitores Monachio metropoli

Bauariæ oriundi.

Sorte sua nemo contentus viuit in orbe:

Solus in orbe igitur Nemo beatus erit.

ONV-

ON VPHRIVS PANVINIVS, Veronensis,
Historiæ Pater.

AMBROSIUS CALEPINVS , Bergomas,
Conditor Dictionarij.

IO. AVGVSTINVS BACHERVS, Loua-
niensis, Flauissarum Poëticarum Auctor.

Triumuii melioris litteraturæ ex Ordi-
ne Erem. S.Augustini.

*I maleliuor nunc, Augustiniq; sequaces,
Apta Iuuentutem posse docere nega.*


Ad B.CLARAM de monte Falchio, ostiatim sti-
pem emendicantem , in exstructione
Neomonasterij.

Q Vid ostiatim indifferens stipem legis ?
Quin ditiorum segregas tibi pollinem ,
Postesque, Clara, prateris cata improbos ?
Nihil ita iussi nunciant familia ,
Quamvis pudenter millies , verbis bonis ,
Cernua salutes . Dormientem suscites
Grauiore vel si forsitan pul; u notam :
Va Clara capiti , va auribus virgo tuis .
Mox namque toruus aduolans portarius
Semi-reserata ianua , Hinc te prorepe ,
Mendica, deses, frugiperda. sordium
Annofa sedes, fumiuenta, noctua ,
Claustri merum pus , vel salutatam probe
Pugni que dedolatam abire te domum
Tuam docebo. Clara quid adhac lacteo

Repo-

Reposuit ore? Piscium quod natio
 Squamosa solet. Altum silet ut altum sapit.
 Generosa sed profare virgo, Ecquid fuit
 Quod te reduxit delibutam spe optima
 Ad improbas fores, abaneas fores,
 Vbi pessimè habita, sc̄ommatumque aspergine,
 Sannisque, quas vix latro, vix leno audiat
 Rigatam abunde? ut ipsa dem Eleemosinam,
 Meoque sponso grata sim, inquit, munere,
 (Neq; fas mihi petere semper, & nihil dare)
 Quod claustro in omni nuncupant patientiam.

QVâ, veluti gemma, præsens ob signo o-
 pusculum, æquanimiter latus, qua-
 liacumque de eo doctorum iudicia fuerint. Tu
 interim, beneuole Lector, quæ culpa viſus no-
 stri irrepserunt menda Typographica, sic le-
 gendo corrige. fol. 2. linea 24. lege precor fol.
 27. in. 28. lege alijs. fol. 31. lin. 28. lege insult. fol.
 32. linea 13. lege velis fol. 47. linea 19. leg. affli-
 tione fol. 62. linea 1. leg. IN. fol. 96. lin. 7. lege
 moræ. fol. 106. lin. 7. lege iacit. fol. 114. lin. 8.
 lege fenestras.



CENSURA.

Placet ut Emblemata Hieropolitica, & Musæ Errantes Cl. V. Io. Melitani à Corylo lucem aspiciant, & diungentur. Coloniae. 29. Ianuarij. 1647.

HENRICVS FRANCKEN

Sierstorffius Gymnasij Laurentiani
Regens, Metropolit. & Collegiatæ
Ecclesiæ S. Cæciliæ Presbyter Capi-
tularis & Canonicus, Librorum Cen-
sor.